consessum procedunt, seque introduci postulant, ac de rebus ad se nihilo minus, quam ad caeteros pertinentibus in commune deliberantes audiri. Quod ubi non impetrarunt, reiecti ab Episcopo Pacensi Garsiaque Padilla, concilii praefectis, palam professi sunt Galleciam, quod Zamorani decreuissent, ratum non habituram. Sed in Salmanticensium sententiam maiore concilii parte inclinante, regis familiares muneribus atque pollicitis legatos aggrediuntur et complures adducunt. Salmanticenses autem, ne qua his reclamantibus caeterorum fieret animi commutatio, concilio prohibentur, cunctaque fiunt tumultuose et cum maxima totius regni expectatione. Rumor enim falsus, iam tunc ab initio a turbulentis hominibus dissipatus, increbuerat et per omnem Castellam permanauerat, Belgas hoc pro sua crudelitate et auaritia moliri, ut in singula cuiusque aetatis ac sexus hominum capita inusitata tributa et intolerabilia imperarentur. Quae opinio fecerat, ut in ipso discessu Caroli ex Valdolito, pulsatis campanis, (ut solet, cum

---

2 caeteros TR: ceteros A . 4 Garsiaque TR: Garciaque A . 5 Galleciam TR: Gallaeciam A . 10 ne qua TA: nequa R . caeterorum TR: ceterorum A . 12 expectatione TR: exspectatione A

de los diputados y piden que se les dé entrada y oído en unas deliberaciones conjuntas que les conciernen a ellos no menos que a los demás. Cuando fue rechazada su propuesta por el Obispo de Badajoz y García de Padilla, Presidentes de las Cortes, y no habiendo conseguido su objetivo, declararon públicamente que Galicia no ratificaría la determinación de los zamoranos. Pero cuando la mayor parte del congreso se inclinaba a favor del dictamen de los salmantinos, los privados del Rey tratan de ganarse a los diputados con dádivas y ofertas y se ganan a buena parte de ellos. Por otro lado, a los salmantinos se les aparta de las Cortes, para que no se produjera con sus protestas ninguna variación en el sentir de los demás y se procede en todo con gran atropello y grandísima expectación por parte de todo el Reino. En efecto, había tomado consistencia y circulado por toda Castilla el falso rumor propagado ya desde un principio por los revoltosos, de que los flamencos por su crueldad y avaricia proyectaban hacer recaer sobre la cabeza de todos los vasallos de cualquier edad y sexo inusitadas e insoportables cargas. Y esta creencia había hecho que en el momento mismo en que Carlos salía de Valladolid, los ciudadanos a son de campana, como se

populus ad arma uocatur), oppidani tumultuarentur, conarenturque Carolum discessu prohibere; et perfecissent fortasse incoeptum, nisi magno nimbo, qui forte eo temporis uestigio decidit, fuissent impediti. Concilium igitur Compostellae inceptum peragitur ad Flauium Brigantium; et quanuis Legionensibus, Cordubensibus, Murcianis, Salmanticensibus, Taurensibus, Madritiensibus inuitis et refragantibus, tamen tributum ex Caroli sententia consensu maioris partis legatorum imperatur. Eodem tempore Carolus Castellae procurationi Hadrianum praefecit, natione Belgam, qui tunc Episcopus erat Dertusiensis et Ecclesiae Romanae Cardinalis, et post absens delectus factusque est Pontifex Maximus.

22. His rebus constitutis Carolus ex Portu Magno ad undecimum calend. Iunii, qui fuit annus Christi nati millesimus quingentesimus uigesimus, naues soluit, et in Britanniam, ubi Henricum regem conuenit, et amicitiam cum eo confirmauit, inde in Belgium na-

5 inceptum em. R: incoeptum T: inceptum A . 6 quanuis TR: quamvis A . 12 Dertusiensis TR: Dertosensis A . 16 calend. T: callend. R: Kalendas A . 16 naues TA: naueis R . 17 Henricum regem TA: regem Henricum R . 18 et amicitiam T:amicitiamque RA

hace normalmente cuando se llama a rebato, se amotinaran intentando impedir su marcha; y probablemente hubieran logrado su objetivo, de no habérselo impedido un fuerte aguacero que cayó precisamente en ese momento. Así pues, las Cortes, que habían comenzado en Compostela, se continúan en Betanzos y, a pesar de la fuerte oposición de los de León, Córdoba, Murcia, Salamanca, Toro y Madrid, queda acordado el tributo conforme al dictamen de Carlos por mayoría de votos. Por esas mismas fechas Carlos encargó del gobierno de Castilla a Adriano, un flamenco, que por aquel entonces era Obispo de Tortosa y Cardenal de la Iglesia romana y que después, sin estar presente, fue elegido y nombrado Sumo Pontífice.

22. Tras estas disposiciones Carlos se hizo a la mar desde Puerto Grande el veintidós de Mayo de 1520 d. C. y se dirigió a Inglaterra, donde celebró una entrevista con el Rey Enrique y renovó los lazos de amistad que les unían, y de allí rumbo a Flandes.

uigauit. Nec multo post, rebus compositis et comparatis, ad Aquisgranum oppidum consueta magnaque cerimonia imperatoriam coronam accepit, cum ex Electoribus quatuor adessent, comes Palatinus et tres Archiepiscopi, Moguntinus, Coloniensis et Treuerensis; caeteri enim, hoc est, rex Bohemiae, Dux Saxoniae et Marchio Brandeburgensis, rebus necesariis impediti suos legatos cum mandatis miserunt. Interfuerunt etiam Ecclesiae Romanae Cardinales Sedunensis, Salceburgensis et Archiepiscopus Toletanus, quibus omnibus comitantibus Carolus oppidum armatus ingrediens, ad portam ex equo descendit, crucem adorauit, et Caroli Magni caput exosculatus est, quod caput magna populi ueneratione religiosaque custodia ibidem asseruatur; traditoque ex more portae custodibus equo, alterum conscendit et ad aedium sacrarum maximam deum ueneratus, in domum regiam diuertit; ac postridie, qui dies fuit ad nonum idus Nouembris, in idem fanum deductus, et ad maximam aram oleo sacro a Coloniensi Archiepiscopo in-

3 cerimonia T: ceremonia R: caerimonis A . 5 Moguntinus em. R: Maguntinus T: Moguntinus A . 6 caeteri TR: ceteri A . 8 Interfuerunt em. R: Inter fuerunt T: Interfuerunt A

Y no mucho después, una vez dispuestos y ultimados los preparativos necesarios, con gran pompa y el protocolo de rigor recibió la corona imperial en la ciudad de Aquisgrán en presencia de cuatro de los Electores, el Conde Palatino y tres Arzobispos, el de Maguncia, el de Colonia y el de Treveris: los demás, es decir, el Rey de Bohemia, el Duque de Sajonia y el Marqués de Brandeburgo no pudieron asistir por motivos justificados y enviaron a sus embajadores con poderes. Estuvieron presentes también los Cardenales de la Iglesia romana de Sion y de Salzburgo y el Arzobispo de Toledo; con este acompañamiento entró Carlos armado en la ciudad, desmontó a sus puertas, adoró la cruz y besó el casco de Carlomagno, que se guarda allí mismo con gran veneración del pueblo y celosa custodia; después de entregar su caballo, según el ritual, a los guardias de las puertas, monta en otro y tras haber rendido culto a Dios en la Iglesia Mayor se retira a palacio; al día siguiente, cinco de Noviembre, fue escoltado hasta el mismo templo y después de ungirle con óleo sagrado el Arzobispo de Colonia en el altar mayor, el de Magun-

unctus in sacrarium a Moguntino Treuerensique deducitur, et imperatoris Caroli Magni ornamentis indutus in eandem aram reducitur. Hic ubi assedit, omnes tres simul ei Caroli Magni gladium accinxerunt; deinde Coloniensis solus annulum aureum et regium uestimentum induit, sceptrumque tribuit; tum iidem tres capiti auream coronam imposuerunt, conceptis consuetisque uerbis ad singulas ceremonias utentes.

23. Sed redeo ad Hispanorum tumultus ciuitatumque legatos, qui dimisso concilio ex Gallecia domum reuertentes diuersis animis a suis excipiuntur. Nam qui decreto fuerant refragati, hi magni habentur atque clari, et sui cuique ciues cum ingenti gratulatione obuiam longe progrediuntur; caeteri, tanquam praeuaricatores proditoresque patriae, contumeliis et probris affecti. Itaque Zamorani et Burgenses, direptis ipsorum domibus, uix popularium suorum impetum atque mortem fuga uitauerunt. Sagouiensium Rodericus Torsillas, multis sup-

---

1 Moguntino A: Maguntino T: Moguntio em. R . 2 indutus TA: in dutus R . 3 eandem TR: eamdem A . 8 ceremonias TR: caerimonias A . 10 Gallecia T: Gallecia em. R: Gallaecia A . 12 fuerant refragati TR: refragati fuerant A . 14 caeteri TR: ceteri A . tanquam TR: tamquam A . 18 Torsillas em. R: Tordesillas T: Torsilias A

cia y el de Treveris lo acompañan en procesión hasta la sacristía y revestido con los ornamentos del Emperador Carlomagno es conducido de nuevo al mencionado altar. Una vez que hubo tomado asiento allí, los tres Prelados a un tiempo le ciñeron la espada de Carlomagno; a continuación el de Colonia solo le puso el anillo de oro y las vestiduras reales y le entregó el cetro; finalmente otra vez los tres le colocaron sobre la cabeza la corona de oro pronunciando en cada una de las ceremonias las solemnes palabras de costumbre.

23. Pero volviendo al tema de la sublevación de los españoles y de los delegados de las ciudades, éstos, a la vuelta a su tierra desde Galicia una vez disueltas las Cortes, no todos tuvieron la misma acogida por parte de sus convecinos. A los que se habían opuesto al dictamen se les califica de grandes y excelentes personas y a cada cual sus conciudadanos avanzando un buen trecho salieron a recibirle con extraordinarias muestras de júbilo y gratitud; a los otros en cambio se les tacha de prevaricadores y traidores a la patria y se les insulta y ultraja. Y así, los de Zamora y Burgos, después de saqueadas sus casas, lograron a duras penas esquivar el furor de sus conciudadanos y la muerte huyendo. A Rodrigo de Tordesillas, uno de los segovianos, lo

pliciis affectus a plebe, in patibulum actus, et duo praeterea ciues eodem modo trucidati, alter uir grauis, quod furentes paulo seueriore sermone castigaret, alter quod scripto (erat enim tabellio) memoriaeque quorumdam nomina mandaret. Ad hunc motum supprimendum poenasque legitimas de seditionis auctoribus sumendas Hadrianus regiumque consilium Rodericum Ronquillum, unum ex quattuor aulicis praetoribus, cum praesidio equitum ducentorum triginta mittunt; sed hic, cognito Sagouiensium consilio, qui se publice ad obsistendum comparabant, consistit in oppido Niuia, quod Sancta Maria praenomen habet, abestque a Sagouia passuum millibus circiter uiginti: atque ibi cognita causa (nec enim deerant manifesti criminis testes) ad centum homines, quod seditiosi consilii auctores principesque fuisse compererat, ex tribunali nominatim citatos, nec respondentes, maiestatem regiam minuisse uideri pronuntiauit post diem, quam huc uenerat, trigesimum, et capite damnatos proscripsit.

8 quattuor R: quatuor TA

colgó el populacho después de haberle sometido a numerosos tormentos. Y además se ejecutó de esta misma manera a otros dos ciudadanos, el uno una persona respetable, porque había reprendido con cierta dureza a los energúmenos; el otro, porque supuestamente estaba consignando en una relación por escrito, -era escribano-, los nombres de algunos de ellos. Para sofocar este motín y castigar judicialmente a los promotores de la sedición, Adriano y el Consejo Real envían a Rodrigo Ronquillo, uno de los cuatro alcaldes de corte, con un destacamento de doscientos treinta soldados de caballería. Pero al enterarse éste de la determinación de los segovianos, que se estaban preparando abiertamente para la resistencia, se detuvo en la ciudad de Nieva, de prenombre Santa María, que dista de Segovia unos veinte mil pasos, y hechas allí averiguaciones, pues no faltaban testigos de tan notorio delito, a un centenar de hombres, que según sus averiguaciones habían sido cabecillas y promotores de la sedición, tras haberlos citado a juicio nominalmente y no haber comparecido declaró que parecían haber atentado contra la majestad real, a los treinta días de su llegada allí, y condenados a la pena capital los proscribió.

24. Hoc multorum nuntiis perlato, Sagouienses ad trium millium armatorum manu coacta praetorem oppugnare parant; sed ille per exploratores pridie certior factus, de media nocte digreditur, et ad flumen Riomorum, nouem a Sagouia millibus, aduentum illorum expectavit, et multo iam die flumen traiectos aggreditur, et circumfuso equitatu carpere et male habere coepit, et quidem impune. Venerant enim ille sine equitatu, nec eminus obequitantibus praetorianis et subinde postremos, aut extimos, cum se per occasionem inuexissent, proterentibus officere poterant; scloppeta enim, quibus equites submoueri possent, pulvis tormentarius pluuia corruptus inutilia fecerat. Itaque tumultuariam insuetamque ad bellum manum itinere et aestu fatigatam (erat enim mensis Iulius et diei tempus meridianum) eandemque temere ac sine imperio procedentem magno detrimento afficere potuit praetorianus equitatus, nisi ut ciuium uitae parceretur, praetor, quemadmodum iussus fuerat, edixisset. Parumper igitur Sagouienses in-

---

6 expectauit TR: exspectavit A . traiectos TR: traiectus A .
16 eandemque TR: eamdemque A

24. Cuando por numerosas informaciones llegó esto a conocimiento de los segovianos, juntan una tropa de unos tres mil hombres armados y se disponen a atacar al alcalde; pero aquél, advertido el día de antes por sus espías, se marcha a medianoche y aguarda la llegada de éstos junto al río Riomoro a nueve millas de Segovia, y después de pasado el río ya muy entrado el día los ataca, y cercándolos con la caballería comenzó a hostigarlos y a hacer estragos sin recibir él daño alguno. Y es que aquellos habían venido sin caballería y no podían oponer resistencia a la gente del alcalde, que escaramuceaba de lejos y lanzándose en los momentos oportunos atropellaba de vez en cuando ya a los de la retaguardia, ya a los de los extremos, pues la lluvia había humedecido la pólvora e inutilizado por tanto los arcabuces, con que hubiera podido rechazarse a la caballería. Y así, la caballería del alcalde pudo haber causado un gran estrago en una tropa de reciente leva, no aguerrida y fatigada por el camino y el calor (era el mes de Julio y en las horas del mediodía) y además que marchaba sin orden ni mando, de no haber dispuesto el alcalde, según las órdenes que tenía, que se perdonara la vida a los ciudadanos. Así pues, tras una momentánea

sectatus Ronquillus consistit; tum bipartito equitatu pergere porro iubet maiorem partem et extremo agmine carpendo aduersarios morari, ut spatium daretur Niuiensibus sibi suisque rebus consulendi, antequam Sagouienses peruenirent, indignati fortassis, quod illi praetorem casteilo suo recepissent. Ipse cum reliquis Sagouiam uersus contendit, ut si quos nactus esset aduersariorum agmen ex interuallo subsequentes, hos intercoeptos ad poenam abstraheret. Inclusis igitur et captis circiter uiginti, quorum fuit Iacobus Peralta, qui regiis magistratibus eiectis praetor Sagouiae fuerat a seditiosis constitutus, cum his reuertitur, et reliquis suorum reuocatis in Bernardos, uicum quattuor a Niuia passuum millibus, iam nocte appetente sese recepit, ubi omnes eam noctem insomnem suo more traduxerunt; semper enim nocte equites praetoriani, ne improuiso opprimerentur, in armis excubabant; interdiu, tunc quoque dispositis speculatoribus, necessarium somnum capiebant.

---

7 si quos TR: siquos A . 8 intercoeptos TR: interceptos A . 13 quattuor em. T: quattuor R: quatuor A

persecución de los segovianos, Ronquillo se detiene; divide entonces su tropa en dos escuadrones y al mayor le ordena seguir adelante y entretener a los adversarios hostigando la retaguardia, a fin de que los de Nieva tuvieran tiempo de ponerse a salvo ellos y sus cosas antes de que llegaran los segovianos, muy probablemente indignados por el hecho de que aquellos hubieran acogido en su castillo al alcalde; él por su parte con el resto de la caballería se dirige a Segovia, con el fin de sorprender y apresar a los que se hubiesen quedado atrás para seguir de cerca el ejército de los contrarios, en caso de que encontrara algunos. Fueron, pues, cogidos por sorpresa y hechos cautivos unos veinte, uno de los cuales fue Jacobo de Peralta, a quien los revoltosos habían nombrado Corregidor de Segovia tras la expulsión de los magistrados reales; se vuelve con ellos y, replegado el resto de su gente, al acercarse ya la noche se retira a Bernardos, una aldea a cuatro mil pasos de Nieva, donde todos pasaron la noche en vela según tenían por costumbre, pues la caballería del alcalde, para evitar un ataque por sorpresa, de noche velaban siempre las armas; por el día, colocando también entonces vigías, se entregaban al necesario sueño.

25. Caeterum Sagouienses Ronquillum cum suis aufugisse et Valdolitum inter direxisse rati, ea nocte sine iniuria et maleficio Niuiae securi quieuerunt; postridie mane ex quo suggesto seditiosi fuerant a Ronquillo damnati, ipsi uicissim praetorem eundem perduelionis reum, quod contra remp. facere uideretur, condemnant, atque domum reuertuntur. Sed eo die, peruenire non ualentes, ad Garcillanum uicum medio fere itinere consederunt. Postridie mane, ubi palantes ac temere progredi incipiunt, ecce tibi praetor Ronquilus nihil tale suspicantibus infestus adest. Quo terrore, qui digressi fuerant, perculsi ad agmen se recipiunt, et omnes ordine diligenter seruato, obequitantibus praetorianis, Sagouiam perueniunt. Praetor Niuiam reuersus, ex iis, quos ab eo captos fuisse demonstrauimus, sex morte patibuloque, quattuor uerberibus damnauit multauitque, caeteros in exilium misit, praeter Iacobum Peraltam, cuius capiti idcirco pepercit, ut huius permutatione Manzanedum, unum ex suis praefectis, uendi-

---

1 Caeterum TR: Ceterum A . 4 suggesto TR: suggestu A . 5 eundem TR: eumdem A . perduelionis TR: perduellionis A 6 remp. TR: rempublicam A . 16 quattuor R: quatuor TA . multauitque TR: mulctavitque A . 17 caeteros TR: ceteros A 19 uendicaret TR: vindicaret A

25. Por su parte, los segovianos pensando que Ronquillo había huído con los suyos y dirigido sus pasos a Valladolid descansaron esa noche tranquilamente en Nieva sin causar daños ni perjuicios; al día siguiente por la mañana desde el mismo cadalso en que Ronquillo había dictado sentencia contra los revoltosos, ellos a su vez también lo declaran a él reo de traición, porque se consideraba que obraba contra el bien público, y se vuelven a casa. Pero no pudiendo llegar ese mismo día, se detuvieron a mitad del camino en el pueblo de Garcillano. Al día siguiente por la mañana, cuando empiezan a marchar dispersos y sin orden, héte aquí que aparece de improviso el alcalde Ronquillo y carga sobre ellos, que no se esperaban tal cosa. Atemorizados por este sobresalto, se incorporan a la columna los que se habían desperdigado y llegan todos a Segovia en rigurosa formación, siguiéndoles el alcance la gente del alcalde. De vuelta a Nieva el alcalde, de aquellos que dijimos que había cogido prisioneros sentenció y castigó a seis a ser colgados, a cuatro a ser azotados, a los demás los desterró menos a Jacobo de Peralta, a quien perdonó la cabeza, para canjearlo por Manzanedo, uno de sus lugar-

caret, qui ad Niuiam grauatus morbo remanserat, captusque fuerat ab aduersariis. Neque uero his rebus gestis praetor uel discessit, uel se Niuiae continebat; sed per dies fere singulos incursiones usque ad Sagouiensia suburbana faciebat, et urbem infestans commeatibus magna ex parte intercludebat.

26. Haec cum Toletum quotidie multorum uocibus et literis perferrentur; coacta mille octingentorum hominum manu, cum his ea ciuitas Ioannem Padillam mittit, qui Sagouiensibus auxilio ueniat, et caetera, prout e rep. uisum fuerit, administret. Quibus rebus per exploratores, quos per urbes disposuerat, cognitis praetor Hadrianum regiumque consilium facit certiores, supplementumque poscit, si uelint augescentibus aduersariorum copiis obsisti. Tunc equites septingenti ex praesidiis deducti submittuntur; itaque numerus ad nongentos triginta succreuit, quorum erant praefecti Ludouicus Cueua et Alfonsus filius, Ludouicusque Peralta,qui

---

8 literis fort. T: literis fort. R: litteris A . 10 caetera TR: cetera A . 11 rep. TR: republica A . 16 deducti TA: de ducti R

tenientes, que aquejado de una enfermedad se había quedado en Nieva y había sido hecho prisionero por los adversarios. Después de estos sucesos el alcalde ni se marchó ni se estaba quieto en Nieva, sino que prácticamente todos los días hacía sus correrías hasta las inmediaciones de Segovia y con ellas cortaba en gran parte el aprovisionamiento a la ciudad.

26. Siendo muchos los que cada día de palabra y por escrito traían estas noticias a Toledo, esta ciudad juntó una tropa de mil ochocientos hombres y con ellos envía a Juan de Padilla a que socorra a los segovianos y en cuanto a lo demás que procediese según creyera conveniente para el bien público. Cuando el alcalde tuvo conocimiento de ello a través de los espías que había distribuído por las ciudades, traslada la información a Adriano y al Consejo Real y solicita refuerzos, si es que querían que se opusiese resistencia a las tropas de los adversarios en progresivo aumento. Entonces se le envía un refuerzo de setecientos soldados de a caballo procedente de las guarniciones, y así el número ascendió a novecientos treinta; eran sus comandantes Luis de la Cueva, su hijo Alfonso y Luis de Peralta, que habían

ab initio cum praetore uenerant: item Petrus et Rodericus Fazanus fratres, Rodericus Roxas et Alfonsus Cardenas. Erant autem equites fere ueterani atque delecti, ut facile collectitiam et tyronem aduersariorum manum contemnerent. Itaque saepe in concilio praefectorum, quod quotidiana consuetudine praetor atque adeo bis die conuocabat, plerisque omnibus uisum est non esse cunctandum, quin saltum Orospedam Sagouiensiaque iuga transgressi obuiam Toletanis procederent, eosque praelio lacesserent. De quorum sententia cum Hadrianus consiliumque regium prope quotidie fierent certiores, cauendum tamen censebant, ne uel populares accepta clade in sui odium publicamque perniciem exardescerent, aut ipsi omni praesidio, si quid equitibus illis accidisset, destituerentur. Quamobrem saepe per literas praetori mandauerant, et magnis poenis constitutis interdixerant, ne praelium committeret; sed metum dumtaxat incuteret popularibus, et ab iniuriis et maleficio prohiberet, si qua interim ratio commodior iniri

---

14 si quid TR: siquid A . 16 literas fort. T: literas R: litteras A . 19 si qua TR: siqua A

venido desde un principio con el alcalde, y también Pedro y Rodrigo de Bazán, Rodrigo de Rojas y Alfonso de Cárdenas; los soldados de a caballo eran por lo general veteranos y escogidos, de suerte que miraban con menosprecio a la tropa enemiga, recolectada a toda prisa y compuesta de soldados bisoños. Razón por la que repetidas veces en la junta de jefes, que el alcalde tenía la costumbre de celebrar todos los días y hasta dos veces al día, los más fueron del parecer de que sin pérdida de tiempo atravesaran el monte Orospeda y las montañas de Segovia, salieran al encuentro de los toledanos y les presentaran batalla. Informados casi a diario del parecer de éstos, Adriano y el Consejo Real opinaban, no obstante, que había que tomar precauciones para evitar que los revoltosos ante el estrago ocasionado estallaran de irritación consiguiendo así odio para él y daño para todos, o bien ellos se vieran al descubierto de toda protección, en caso de sucederles algo a aquella gente de a caballo. Por eso habían recomendado varias veces por carta al alcalde y le habían prohibido bajo amenaza de un severo castigo que entablara combate; que se limitara más bien a infundir miedo a los insurrectos y obstaculizar sus daños y fechorías, por si podía entretanto encontrarse algún

posset seditiones ac tumultus supprimendi, Postremo tamen eorumdem equitum praetorisque literis ac pene conuitiis fatigati, aduentantibus iam Toletanis, praetori permiserunt, ut fauces, quae Guadarramae dicuntur, qua Toletani Orospedam iugaque Sagouiensia superaturi uidebantur, ad citeriores radices obsideret ac se uenientibus opponeret, et caetera, prout ex usu uisum esset, administraret. Sed ubi eo progressum Ronquillum Toletani resciuere, ex altera Orospedae parte consederunt, donec praetor idem, qui cognito illorum consilio Niuiam suos reduxit, discessisse nuntiatur. Tunc uero iuga transgressi, in Spinarium, Sagouiensis agri uicum, citra urbem passuum millibus uiginti, euaserunt, quo paulo post ducentos homines a Madritiensibus missos Ioannes Zapata praefectus per inuia montis cacumina deduxit, et cum Toletanis coniunxit. Huc quoque conuenit Sagouiensium manus, cui ab eo tempore Ioannes Brauus homo nobilis praefuit; auctoque numero ad peditum quattuor millia et equites centum, omnes Ni-

---

2 literis fort. T: literis fort. R: litteris A . pene TR: paene A . 7 caetera TR: cetera A . 10 Niuiam em. R: Nieuam T: Niviam A . 19 quattuor R: quatuor TA

medio más adecuado de acabar con los motines y revueltas. No obstante, al final cansados de las cartas de los mismos soldados de a caballo y del alcalde, y de sus casi reconvenciones, al acercarse ya los de Toledo, le dieron permiso al alcalde para que bloqueara el puerto llamado de Guadarrama, por donde, al parecer, los de Toledo tenían intención de pasar el Orospeda y las montañas de Segovia apostándose al otro lado de sus faldas, y les saliese al encuentro y procediese en lo demás como le pareciera más conveniente. Pero cuando los de Toledo descubrieron el avance de Ronquillo hasta allí, acamparon del otro lado del Orospeda hasta que se difunde la noticia de que el alcalde, que al conocer su plan había replegado a los suyos a Nieva, se había retirado. Y entonces después de atravesadas las montañas llegaron al Espinar, un pueblo del territorio segoviano a veinte mil pasos a este lado de la ciudad, a donde poco después por lo más fragoso del monte condujo Zapata a doscientos hombres, que habían enviado los madrileños, y se sumó a los de Toledo. También vino a unírseles allí una partida de segovianos, que a partir de ese momento estuvo capitaneada por Juan Bravo, un noble; y cuando se alcanzó la cifra de cuatro mil soldados de a pie y cien de a caballo

uiam in praetorem Ronquillum mouent. Ille uero ad Riomorum fluium, de quo supra mentionem fecimus, uenientibus occurrit, atque eos adequitando et carpendo a meridie circiter usque ad noctem solicitauit, tunc quoque praefectis equitum, quod a pugna prohiberentur, indignantibus. Sed ea nocte populares Niuiae, praetor ad Migueliuagnum uicum duobus inde passuum millibus consedit; ac postero die, qui fuit quadragesimus octauus, quam Niuiam uenerat, ut iussus erat, discessit, ad Areualumque reductum equitatum Antonio Fonsecae tradidit, qui obuiam ipsi cum paucis, quos coegerat, equitibus processerat. Hunc enim Carolus discedens regiis copiis omnibus, si quid tumultus oriretur, praeesse iusserat.

27. Erant Methymnae, quae Campestris cognominatur, tormenta multa, quae huc iussu Fernandi et Isabellae Principum collata fuerant, ut idoneo loco ad omnes casus asseruarentur. His se potiri tum ad rem,

---

4 solicitauit l eras. T: solicitauit R: sollicitavit A . 9 Niuiam em. R: Nieuam T: Niviam A . 13 si quid TR: siquid A

marchan todos a Nieva contra el alcalde Ronquillo. Pero aquél les salió al paso cerca del río Riomoro, que ya mencionamos anteriormente, y escaramuceando y hostigándoles los acosó desde mediodía más o menos hasta el anochecer, ante el enfado también entonces de los comandantes de la caballería porque se les impedía pelear. Pero esa noche los comuneros acamparon en Nieva, el Alcalde en Miguelivaño, un pueblo a dos mil pasos de allí; y al día siguiente, cuando se cumplían cuarenta y ocho de su llegada a Nieva, cumpliendo órdenes se retiró y entregó el mando de la caballería replegada en Arévalo a Antonio de Fonseca, que juntando unos pocos soldados de a caballo había ido a reunirse con él. Pues Carlos al marchar le había ordenado hacerse cargo de todas las tropas reales, en caso de originarse algún motín.

27. Había en Medina, por sobrenombre "del Campo", gran cantidad de cañones, que los Reyes Fernando e Isabel habían ordenado reunir allí a fin de tenerlos guardados en un lugar idóneo dispuestos para cualquier emergencia. Antonio creyendo que convenía grandemente a la

tum ad famam et opinionem, quae magna momenta in bellis afferre solent, reip. magni interesse iudicans Antonius, Methymnam cum eo, quem diximus, equitatu et peditibus haud plus ducentis progreditur, et ab oppidanis tormenta, quibus ad iussa regia commodius obeunda sibi opus esset, comiter et amice poposcit. Illi uero non solum Antonio, sed etiam Gutierro Quixadae, qui summo Methymnensium magistratui praeerat et postulatis Antonii suffragabatur, obsequendi uoluntatem initio spemque falsam ostenderunt; sed ubi infesta tormenta per uias et opportuna loca circum forum disposuerant, tunc uero palam negare coeperunt, se contra ciues et amicos tormenta traditurus. Hoc accepto responso Antonius per interrupta murorum in oppidum, ut metum incuteret oppidanis, irrumpit, si posset ea ratione tormenta, his submotis, abducere. Quo temporis uestigio, cum uoces militum quorundam exaudirentur, inferendum esse domibus ignem, quo Methymnenses auerterentur a pugna; Antonius, Ronquillo

---

2 reip. TR: reipublicae A . 8 Methymnensium em. R: Metinensium T: Methymnensium A . 17 quorundam T: quorumdam RA . 18 Methymnenses em. R: Metinenses T: Methymnenses A . 19 a pugna A: apugna TR

causa pública hacerse con ellos, tanto por el intento cuanto por el crédito y reputación, consideraciones que suelen influir bastante en la guerra, con el contingente de caballería que hemos dicho y no más de doscientos soldados de a pie se adelanta hacia Medina y solicita cortés y amablemente de los ciudadanos los cañones, alegando que los necesitaba para mejor cumplimiento de las órdenes del Rey. Ellos al principio les hicieron concebir falsas esperanzas y aparentaron querer complacer tanto a Antonio como a Gutierre Quijada, que constituía la máxima autoridad en Medina y apoyaba la solicitud de Antonio. Pero una vez colocadas a la ofensiva las máquinas en calles y lugares estratégicos en torno a la plaza, entonces empezaron a manifestar abiertamente que no estaban dispuestos a entregar los cañones para que fueran usados contra ciudadanos y amigos suyos. Al recibir esta respuesta, Antonio irrumpió en la ciudad por las ruinas de las murallas con el fin de infundir miedo a los ciudadanos, por si podía de esta manera, echándolos de allí, sacar los cañones. Y en ese momento se oyeron las voces de algunos soldados gritando que había que prender fuego a las casas para disuadir del combate a los de Medina.

etiam admonente, suis, ne quid tale admitteretur, denuntiauit, et per dimissos nuntios irrumpentibus interdixit, ut mihi postea praetor ipse sancte iuratus confirmauit. Sed hoc a quorundam temeritate impetrari non potuit, a quibus in paucas domos iniectus ignis tam longe lateque incendium fudit, ut magna pars oppidi, eademque potior, deflagraret. Nec tamen idcirco Methymnenses ab incoepto destiterunt, incensa tecta negligentes, ut tormenta tuerentur. Itaque Antonius tum spe bombardis potiendi deiectus, tum ut spatium facultatemque oppidanis incendium extinguendi daret, suos deducit, atque re infecta Torsillas uersus contendit eo consilio, ut inde reginam Ioannam Areualum commodius ac munitius oppidum transferret, quo facilius asseruari posset, ne in popularium potestatem perueniret; suique consilii Bernardum Roxam Marchionem Dianii certiorem facit, ut essent omnia ad negotium conficiendum parata: is enim reginae datus erat in ea mentis inconstantia uelut curator et magister. Sed in hanc senten-

---

1 ne quid TA: nequid R . 4 quorundam fort. T: quorundam R: quorumdam A . 7 Methymnenses em. R: Metinenses T: Methymnenses A . 8 incoepto TR: incepto A . 11 extinguendi TR: exstinguendi A

Antonio entonces, por recomendación también de Ronquillo, advirtió a los suyos y prohibió a los asaltantes por avisos expresos que se cometiera un exceso tal, según después a mí me aseguró el propio alcalde bajo juramento. Pero no lo pudo conseguir, pues algunos temerarios arrojaron fuego sobre unas cuantas casas y fue tal la extensión de las llamas a lo largo y a lo ancho, que gran parte de la ciudad, la mejor precisamente, fue consumida por ellas. Más no por eso cejaron los de Medina en su empeño de defender los cañones sin prestar atención al incendio de sus casas. Y así Antonio, tanto por desconfianza de poder adueñarse de las bombardas, como por dar a los ciudadanos tiempo y oportunidad de apagar el fuego, saca a lo suyos y sin haber logrado su objetivo se dirige a Tordesillas con la intención de trasladar a la Reina Juana de allí a Arévalo, una ciudad más estratégica y mejor fortificada, a fin de poderla defender más fácilmente de que cayera en manos de los comuneros; y le comunica su propósito a Bernardo de Rojas, Marqués de Denia, para que lo tuviese todo preparado a tal efecto: éste estaba al servicio de la Reina en calidad de hombre de confianza y administrador durante el padecimiento de

tiam marchio adducit non potuit, quin etiam oppidi portis occlusis, transitu pontis, qui Durium amnem ad Torsillas committit, Antonium, si quid tentaret, se prohibiturum confirmauit; contra cuius uoluntatem Antonius praetorque nihil conandum rati, ne ipsorum contentio fieret popularium occasio, Areualum cum suis reuertuntur.

28. Valdolitenses autem, ubi de incendio et calamitate Methymnensium cognouere, tantum odium in Antonium Fonsecam conceperunt, ut magnificas eius aedes direptas incenderent; simulque agerent cum Hadriano, ut legem ferret de praefectura ei abroganda, quam ille legem statim ex regii senatus consilio per timorem latam promulgauit. Hoc furore latius serpente, domus quoque Francisci Sernae, qui legatus ad Flauium Brigantium postulatis regiis suffragatus fuerat, direpta est, uixque ab incendio temperatum, ne uicinae domus conflagrarent. Itaque Fonseca et Ronquillus nihil sibi

---

3 si quid TR: siquid A . 9 Methymnensium em. R: Metinensium T: Methymnensium A . 15 Flavium A: Flauuium TR

su alteración mental. Pero el Marqués no accedió a esta propuesta; y es más, cerrando las puertas de la ciudad aseguró que, en caso de intentarlo, él estaba dispuesto a impedirle a Antonio el paso del puente que cruza el río Duero en Tordesillas; siendo Antonio y el alcalde del parecer de que no se debía intentar nada contra la voluntad de aquél, para no dar con sus disensiones una oportunidad a los comuneros, regresan a Arévalo con los suyos.

28. Los de Valladolid por su parte, cuando se enteraron del incendio y del infortunio de los de Medina, concibieron tan gran odio contra Antonio de Fonseca, que le pegaron fuego a su lujosa casa después de saquearla; al tiempo que instaban a Adriano a que promulgara un decreto sobre su cese en el cargo, decreto que aquél promulgó al punto por temor, expedido de acuerdo con el Consejo Real. Extendiéndose progresivamente este frenesí, saquearon también la casa de Francisco de Serna, que como diputado en las Cortes de Betanzos había apoyado las peticiones del Rey, y costó trabajo hacerles desistir de la idea de pegarle fuego, no fuera a ser que ardieran también las casas vecinas. Juzgando, pues, Fonseca Y Ronquillo

tutum intra Castellam fore existimantes, duos modo dies Areuali commorati, caeteris insciis nocte intempesta cum domestico comitatu profecti, ad Portugalliam confugerunt, unde conscensa naui in Belgium ad Carolum sese receperunt. His digressis, ea quoque manus equitum peditumque ex parte dissoluta est, atque Hadrianus sine ullo militum praesidio relictus, praeter paucos, quos custodiae gratia circa se habere consueuerat.

29. Interea ciuitates, pulsis magistratibus, quos reges solent annuos praeficere, et aliis arbitratu suo constitutis, non desistunt inter se per literas et nuntios, ne sibi in ea occasione desint, cohortari, conspirantibusque binos legatos Auelam urbem mitti placet, ut hi communi consilio cuncta, quae ad pacem quaeque ad bellum pertinere uideantur, administrent. Qui legati celeriter missi, cum frequenter de communi officio conuenirent, multa uariaque consilia inire et decreta facere coeperunt; ex quibus grauiora subieci. Primum o-

---

2 caeteris TR: ceteris A . 11 literas fort. T: literas fort. R: litteras A . 18 ex quibus TA: exquibus R

que no estaban en absoluto seguros dentro de las fronteras de Castilla, tras una detención de sólo dos días en Arévalo, se marcharon a altas horas de la noche sin que lo supieran los demás con un séquito de criados y huyeron a Portugal, desde donde se embarcaron para ir a refugiarse a Flandes, al lado de Carlos. Después de su marcha se disolvió también en parte aquella tropa de caballería e infantería y Adriano se quedó sin otra protección militar que la de los pocos soldados que solía tener en torno suyo para su guardia.

29. Entretanto las ciudades, después de rechazar a los magistrados, que anualmente suelen nombrar los Reyes, y designar otros a su antojo, no dejan de animarse unas a otras por cartas y avisos a no desertar en estos momentos y en mancomunidad deciden enviar a la ciudad de Avila dos delegados cada una, para que tomaran de común acuerdo todas las decisiones concernientes a la paz y a la guerra. Estos procuradores fueron despachados rápidamente y celebrando frecuentes reuniones para tratar de su común cometido, empezaron a proponer muchos y variados proyectos y a tomar resoluciones, de las que a continuación enumero las más importantes: an-

mnium postulandum esse a Carolo, ut Hispaniam repetens, exteris reiectis, Hispanae duntaxat nationis consiliariis et domesticis praefectis uteretur, et tum horum, tum reliquorum ministrorum numerum et salaria minueret, quotidianique uictus rationem temperaret; et haec omnia, quae immoderate creuerant, ad auorum Fernandi et Isabellae optimorum principum consuetudinem et modum reuocaret. Praeterea ferendas esse leges, quae regum licentiam et sumptus non necessarios cohibeant; sanciendumque, ut more Gallorum aditus externis ad regnandum in Hispania praecludatur; ut abolito triennali tributo, alterum, quod Alcaualas nominant, ad summam, quae fuerat Isabella regnante, reuocetur; ne rex in conciliorum conuocatione quidquam ciuitatibus de mandatis, cum quibus ad concilium legati procuratoresque mittantur, praescribat; neue quenquam, qui legatorum deliberationibus intersit, concilio praeficiat, quo scilicet liberius, quae ad publicam commoditatem pertinere uisa sint, constituantur: ne cui le-

2 duntaxat TR: dumtaxat A . 9 sumptus TR: sumtus A .
16 quenquam TR: quemquam A

tes que nada, que se debía pedir a Carlos que, de vuelta a España, apartase de su lado a los extranjeros y se valiera de consejeros y privados de origen exclusivamente español; que disminuyera el número y retribuciones tanto de éstos como de los restantes administradores y moderara los gastos de su cotidiano sustento, reduciendo todas estas cosas, que habían experimentado un desmesurado aumento, a la medida acostumbrada en tiempo de los muy excelentes Reyes Fernando e Isabel; además, que había que promulgar leyes que pusieran freno a la arbitrariedad y gastos superfluos de los Reyes; que había que estatuir, a imitación de los franceses, la prohibición de que los extranjeros tuvieran acceso al gobierno de España; que, abolido el tributo trienal, al otro, al llamado de alcabalas, se le redujera a la cifra exigida en el reinado de Isabel. Que, cuando se celebraran cortes, el Rey no diera prescripción alguna a las ciudades respecto a las instrucciones con que debían enviar a sus diputados y procuradores a las cortes; que no nombrara ningún presidente de las cortes para mediar en las deliberaciones de los diputados a fin de que éstos tuvieran sin duda una mayor libertad de acción a la hora de tomar las decisiones que juzgaran convenir al bien público;

gatorum, concilio peracto, a rege quidquam muneris accipere liceat. Praeterea cum publica regiaque uectigalia largitionibus et donationibus regum superiorum, et praesertim ipsius etiam Caroli, non aequis uenditionibus plurimum essent imminuta, rebus contrariis medendum esse publicae inopiae, his iacturis contractae, censebant. Igitur uectigalia regia paruo uendita redimi eodem pretio; caetera, ut contra leges donata fuerant, sic in regios reditus sine pretio reuocari oportere, ac de his et caeteris decretis, quae supra diximus, tam accurate et diligenter legibus sanciri atque caueri, ut nullus locus abrogationi relinqueretur.

30. Sed ante omnia Torsillas oppidum, quo Ioanna regina continebatur, occupari placet, ac experiri, si quo modo haec sanari et in eum mentis statum reduci ualeat, ut uiris prudentibus adhibitis regnum gubernare posse uideatur. Quae si modo adduceretur, ut ipsorum publice decreta diplomataque subscriptionibus

---

8 caetera TR: cetera A . 10 caeteris TR: ceteris A .
15 si quo TR: siquo A

y que a ningún diputado, una vez clausuradas las cortes, le estuviese permitido recibir cargo alguno de parte del Rey. Asímismo eran de la opinión de que, pues las rentas reales y estatales estaban tan menoscabadas con las liberalidades y donaciones de los Reyes anteriores y principalmente con las enajenaciones a bajo precio del propio Carlos incluso, se debía poner remedio a la penuria pública, consecuencia de tales dispendios, por los medios contrarios; por tanto, que los derechos reales enajenados a bajo precio debían ser devueltos por ese mismo precio; en cuanto a las demás concesiones, que, así como se habían otorgado contra la ley, así también debían ser devueltas a las arcas reales sin pagar nada a cambio; y que, con relación a estos y los demás puntos, que acabamos de enumerar, se debía prever por ley y legislar con tanta minuciosidad y diligencia, que no quedara margen alguno para una abrogación.

30. Pero antes que nada tuvieron por conveniente ocupar la ciudad de Tordesillas, en donde residía la Reina Juana, y tratar de hallar algún medio de que ésta recobrara su salud y sus facultades mentales, de tal forma que se la creyera capacitada para gobernar el Reino con el asesoramiento de hombres inteligentes. Si se la convencía de que ratificara con su firma los decretos y despa-

firmaret, satis honestam rationem inuenturos sese putabant ad Carolum, donec ad maturiorem regno aetatem peruenisset, a rerum gubernaculis deiiciendum, ac ut ipsi nihil praeter leges et morem maiorum agere uiderentur. Quibus rebus hoc quoque, quod in primis moliebantur, effici posse existimabant, ut Carolus difficultatibus affectus boni consuleret, si quibusuis conditionibus et legibus in regni administrationem, matre uiuente, reciperetur. Torsillis igitur occupatis, eiectoque Dianii Marchione, reginae, ut supra diximus, magistro, populares animum reginae a Carolo filio cunctis rationibus alienare nituntur, inde potissimum in inuidiam apud matrem uocantes, quod ipsa uiuente sese regem appellari iussisset. Sed cum nihil proficerent, nec ulla ratione ab aegrotante regina impetrare possent, ut cuipiam decreto uel diplomati subscriberet, non tamen ab incoepto sibi desistendum putauerunt; sed ex Torsillis, oppido multifariam opportuno, reliqua, ut instituerant, administrabant.

16 incoepto TR: incepto A

chos públicos de ellos, pensaban, habrían encontrado una manera bastante honrosa de apartar a Carlos del gobierno hasta que llegara a una edad más adecuada para gobernar y de que no se creyera que ellos tomaban iniciativa alguna al margen de las leyes y costumbres de los antepasados. Con esto creían poder conseguir también lo que era su principal objetivo, que Carlos apurado por estos problemas, se diera por satisfecho si se le admitía a gobernar el Reino en vida de su madre no importa con qué condiciones y limitaciones. Ocupada, pues, Tordesillas y expulsado el Marqués de Denia, hombre de confianza de la Reina, como dijimos anteriormente, los comuneros procuran por todos los medios indisponerla con su hijo Carlos, tratando de despertar odiosidad en la madre, sobre todo a raíz del hecho de haberse mandado llamar Rey en vida de ella. Y aunque no adelantaban nada, ni podían bajo ningún concepto conseguir de la Reina enferma que firmase decreto ni despacho alguno, pensaron sin embargo que no debían desistir de su empeño; antes bien desde Tordesillas, una ciudad muy a propósito en muchos aspectos, administraban lo demás según habían acordado.

LIBER TERTIUS

S I N O P S I S

Andaluces y extremeños se muestran adictos al Rey y contrarios al proyecto de sublevación de los comuneros (1-4). Levantamiento de Burgos y Nájera (5-6). Nombramiento de Iñigo Fernández Velasco y Fadrique Enríquez como Condestable y Almirante de Castilla respectivamente para participar junto con el Cardenal Adriano en el gobierno del reino. Preparativos de guerra y concentración de tropas en Medina tanto por parte de éstos como de los comuneros (7-12). Los Grandes asaltan Tordesillas (13-15). Padilla llega con refuerzos a Valladolid; conquistas de éste y del Obispo de Zamora, Antonio Acuña, partidario de los comuneros (16-17). El Conde de Salvatierra es enviado por los comuneros a interceptar el transporte de unos cañones; indignación de éste contra Vitoria (18-20). Sometimiento de algunos castillos y lugares, entre ellos Salvatierra, por parte de Manrique Lara, del partido del Condestable (21). Intento frustrado del Conde por recuperar Salvatierra (22). Huída del Conde de Salvatierra en una refriega; prisión y posterior ejecución de su lugarteniente Gonzalo Barahona (23). Marcha del Condestable en compañía de muchos Grandes a territorio de los vaceos (24). Batalla de Villalar y ejecución de Padilla, Bravo y Francisco Maldonado (25-26). Indulto para las ciudades sublevadas que lo solicitan; los toledanos persisten en su actitud (27). Solimán declara la guerra al Rey de Bohemia y Hungría y toma Belgrado (28).

L I B E R T E R T I U S

1. Dum haec in reliqua Castella geruntur, passimque caedes et latrocinia uiis omnibus infestis fiunt atque patrantur, Baeticae ut proceres, item ciuitates regiam maiestatem atque obseruantiam cunctis rationibus praeferentes, a rerum nouarum consilio, quod in caeteris non probabant, abstinendum sibi censuerunt, praeter Gienenses, Ubetanos et Beatienses, qui licet antiquitus Oretani dicerentur, nunc tamen Andaluziae nomine Baeticae annumerantur: hi enim seorsum tumultuabantur. Igitur Hispali suppresso tumultu, quem nonnulli priuato consilio excitare conabantur, et Cordubae sumpto

2 infestis A: in festis TR . 5 caeteris TR: ceteris A .
8 Andaluziae TR: Andeluciae A . 9 seorsum TA: se orsum R .
10 nonnulli TA: non nulli R . 11 sumpto TR: sumto A

L I B R O T E R C E R O

I. Mientras tienen lugar en el resto de Castilla estos acontecimientos y por todas partes se cometen robos y asesinatos en los caminos infestados de bandidos, tanto los Grandes como las ciudades de la Bética, prefiriendo el respeto y autoridad del Rey a cualquier consideración, opinaron que debían mantenerse al margen del proyecto de sublevación, que no aprobaban en los demás; a excepción de los de Jaén, Úbeda y Baeza, los llamados antiguamente Oretanos y ahora inscritos en la Bética, llamada Andalucía, pues ellos se habían sublevado independientemente. Por tanto, después de sofocado en Sevilla el levantamiento, que algunos intentaban provocar por su cuenta, de haberse castigado además en Córdoba a los

etiam de auctoribus supplicio, literis ultro citroque missis, Baetici concilium habere constituunt, locumque dicunt Ramblam, uicum agri Cordubensis: quo singularum ciuitatum ac municipiorum bini, et quorundam terni legati seu procuratores cum conuenissent, omnes in huiusmodi decreta consenserunt, ut Baetica omnis sese in officio imperioque Caroli et reginae matris contineat, et ab eis ipsorumue nomine praefectis magistratibus et superiore consuetudine praeficiendis obtemperaret. Si quis aliter suaserit, aut quoquo modo publicam pacem solicitauerit, urbe seu municipio, ubi talia conabitur, eiiciatur, turbulentique conatus proximae ciuitatis armis, aut omnium communibus, si opus erit, uindicentur ac reprimantur: si quid erit imperatum a tumultuantis Castellae conuentu populari, qui sibi summam auctoritatem sumpserit, ne pareatur, etiamsi diplomata uel edicta reginae nomine, iam pridem mentis perpetuo morbo ab administratione regni submotae, mittantur; tum siqua uis armis inde fuerit intentata, ut res poscet, obsistatur: idemque fiat, si quid nouitii Christiani

1 literis fort. T: literis R: litteris A . 4 quorundam fort. T: quorundam fort. R: quarumdam A . 9 si quis TR: siquis A . 10 solicitauerit l eras. T: solicitauerit R: sollicitaverit A . 11 municipio TA: muncipio R . 14 si quid TR: siquid A . 14 a tumultuantis TA: atumultuantis R . 16 sumpserit TR: sumserit A . ne pareatur TA: nepareatur R . 19 siqua uis em. R: si quauis T: siqua vis A . 20 si quid TR: siquid A

responsables del mismo y de haberse enviado cartas circulares, los de la Bética deciden celebrar asamblea y como sede fijan un pueblo de la jurisdicción de Córdoba, la Rambla. Una vez reunidos allí los diputados o procuradores, dos por cada una de las ciudades y municipios, y por algunos tres, llegaron todos al siguiente acuerdo: que la Bética entera se mantendría leal y sujeta a Carlos y a su madre la Reina, y obediente a los magistrados nombrados por éstos o en su nombre y a los que siguiendo la costumbre de antes se nombrara en el futuro; que, si alguien proponía otra cosa o turbaba de algún modo la tranquilidad pública, fuera expulsado de la ciudad o municipio donde intentara tal cosa y que los intentos revolucionarios fueran castigados y reprimidos con las armas de la ciudad vecina o con las de todas ellas, si hacía falta; que no se cumpliera ninguna orden recibida de los sublevados de la Junta de las Comunidades de Castilla, que se había arrogado el mando absoluto, aunque llegaran despachos o decretos en nombre de la Reina, ya hacía tiempo relegada del gobierno del Reino debido a su persistente enfermedad mental; finalmente que, si se intentaba coaccionarles por su actitud, se les opusiera resistencia, según exigieran las circunstancias; y que se hiciera lo mismo, en caso de que los cristianos nuevos de Granada o los moros sometidos de

Granatenses in ea rerum perturbatione, aut Mahumetani mouerint ad pacatam Mauritaniae maritimam oram, non expectata regii consilii, aut regni praesidum iussione; et ad omnes casus suam quisque populus equestrem pedestremque manum iam nunc delectam habeat atque paratam.

2. His rebus in conuentu Ramblensi constitutis, placuit etiam, ut legatum ad Carolum mitterent, qui eum de Baeticae in ipsum uoluntate constantique fide et officio doceret; et simul hortaretur oraretque, ut in Hispaniam redire properaret; fore suum aduentum et ipsi commodissimum, et toti regno salutarem, utque conscensis nauibus nullaque militum externorum praeter nauticos imposita manu, cursum in Baeticam dirigeret: quae si ab ipso impetrassent, se illi equitum sex, peditum uero uiginti millia collaturos, quibus copiis ac ipsius praesentia facile sit tumultuantes Castellae populos coercere ad officiumque reducere. Hanc legationem, petente concilio, libenter suscepit Ludouicus Mendes

---

1 perturbatione TA: pertubatione R . 3 expectata TR: exspectata A . 15 quae TA: qui R . 19 Mendes TR: Mendez A .

la costa de África aprovecharan el confusionismo reinante para hacer alguna intentona, sin aguardar orden del Consejo Real ni de los gobernadores del Reino; y que cada pueblo desde ese mismo instante tuviera reclutada su propia tropa de a pie y a caballo y preparada para cualquier emergencia.

2. Aparte de todas estas conclusiones, en la Junta de la Rambla se acordó también enviar un delegado a Carlos, que le pusiera al tanto de la adhesión de la Bética a su persona y de su firme lealtad y obediencia, y a la vez que le pidiera y lo animara a volver a toda prisa a España ; que su venida sería además de muy conveniente para sí mismo, beneficiosa para todo el Reino; que se embarcara y pusiera rumbo a la Bética sin tropa alguna de soldados extranjeros excépto la tripulación del barco; que a cambio de concederles esto, ellos contribuirían con seis mil soldados de a caballo y veinte mil de a pie, con cuyas tropas y su presencia sería fácil reprimir la sublevación de los pueblos de Castilla y reducirlos a la obediencia. De buen grado, a petición de la asamblea, se hizo cargo de esta embajada Luis Méndez de Sotomayor, uno de los

Sotomaior, legatorum Cordubensium alter, cuius singulare studium extitit rerum omnium, quae ad bonum publicum pertinere uiderentur, et egregia in eos, qui ad concilium missi fuerant, liberalitas. Nec enim solum equites quinquaginta ducentosque pedites ad concilii praesidium a se conductos, sed omnes etiam legatos cum suo quemque comitatu suis expensis liberaliter aluit. Placuit praeterea, ut tumultuantes Castellae ciuitates ab incoepto cunctis rationibus dehortarentur. Itaque literis ad conuentum popularem ex eodem Ramblensi concilio missis, monent et pro uetere amicitia et necessitudine rogant, ut a pernicioso consilio incoeptoque desistant, neue paucorum seditiosorum hominum et rerum nouarum cupidorum suasu impulsi, suam et totius regni publicam quietem et tranquillitatem conturbent; et cum multis aliis rebus, quarum iacturam afferre solent intestina bella, laudem quoque fidelitatis in regem amittant, qua ueteres Hispanos caeteris fere nationibus praestitisse constet, saeuis etiam imperiis fidei gratia toleratis: quam maiorum constantiam pium si-

---

2 extitit TR: exstitit A . 6 a se RA: ase T . 9 incoepto TR: incepto A . 10 literis fort. T: literis R: litteris A . 12 a pernicioso A: apernicioso TR . incoeptoque TR: inceptoque A . 18 caeteris TR: ceteris A

dos diputados cordobeses, que se distinguió por su singular interés por todas las cuestiones concernientes al bien público y su notable liberalidad para con los enviados a la Junta. Pues no sólo mantuvo a los cincuenta soldados de a caballo y doscientos de a pie que había llevado consigo para protección de la Junta, sino que también corrió generosamente con los gastos de todos los diputados y sus séquitos respectivos. Se acordó también hacer desistir de su propósito por todos los medios posibles a las ciudades amotinadas de Castilla. Y así, por cartas despachadas desde esta misma Junta de la Rambla a la de las Comunidades les aconsejan y piden por su antigua amistad y camaradería que desistan de un intento y un plan perjudiciales, y no turben su propia paz interior y la de todo el Reino dejándose llevar por las instigaciones de unos cuantos agitadores ávidos de revueltas; y que además de la pérdida de muchas otras cosas que suelen acarrear las guerras civiles, no sufran también la de la honra que supone la lealtad al Rey, en la que, es cosa sabida, los antiguos españoles aventajaron al resto de los pueblos, pues en aras de la lealtad toleraron incluso gobiernos tiránicos; que esa entereza de los mayores era

mul atque pulchrum sit aemulari, nec uelle regi, cui parere ius fasque sit, leges imponere; sed si quid erit, quod fieri, aut lege sanciri ad publicum regni bonum pertinere uideatur, id ab ipso rege supplicibus uerbis petere et eum obseruantia solita comprecari. Haec igitur uti faciant, ad officiumque redeant, se iterum atque iterum rogare et obtestari, quae si ab ipsis impetrauerint, intercessores se apud Carolum fore, ut eis culpas et errata superioris temporis condcnet; sin hominum seditiosorum temerariis consiliis parere, ac in eo perseruare, quam sua recte et amice monita sequi maluerint, se regio senatui et regni praesidibus ei malo mederi molientibus, si quid fuerit imperatum, dicto audientes fore, et, ut caeteris in rebus, item hac in parte suum officium praestituros.

3. Ad haec populares, se uero responderunt maiestatem regiam in primis sacrosanctam habere, eandemque tum opibus , tum dignitate auctam percupere , nec suos conatus aliorsum pertinere ; non igitur sibi le-

2 si quid TR: siquid A . 13 si quid TR: siquid A . 14 caeteris TR: ceteris A . 17 sacrosanctam A: sacro sanctam TR . eandemque TR: eamdemque A

respetuoso y a la vez hermoso el emularla y no pretender imponer leyes al Rey, a quien la ley humana y divina mandan obedecer, sino por el contrario, suplicar humildemente al propio Rey y pedirle con el debido respeto aquello que, llegado el caso, se creyera debiera hacerse o ser sancionado por ley en interés del bien público del Reino. Que les pedían y rogaban una y otra vez que siguieran estas recomendaciones y volvieran al cumplimiento de su deber; que ellos a cambio estaban dispuestos a interceder ante Carlos para que les perdonase sus culpas y faltas pasadas; pero, si por el contrario preferían hacer caso de las temerarias ideas de los sediciosos y persistían en su actitud mejor que seguir sus rectos y amistosos consejos, ellos, en caso de recibir alguna orden, obedecerían al Consejo Real y a los gobernadores del Reino en su intento de poner remedio a este mal, cumpliendo en esto como en lo demás con su deber.

3. A esto respondieron los comuneros que ellos consideraban la majestad real como lo más inviolable y deseaban ardientemente su engrandecimiento tanto material como moral y sus tentativas no iban encaminadas

gitimum regis imperium esse graue, sed eius importunorum consultorum auaritiam molestam et intolerabilem: horum effraenata cupiditas ut quibusdam uelut habenis cohibeatur, ne temere aut impune debacchetur, prouidendum, sibi uideri non solum in praesens, sed etiam in futurum, idque regiae maiestatis uel in primis interesse: nam imperia, quo iustiora et mitiora sint, hoc haberi tutiora, et diuturna magis esse solere, in mutua principum et populorum charitate, ad quae conanda et perficienda, conspirante reliqua Castella, debuisse uel in primis Baeticos consentientes potius piis eius conatibus omni ope in tali rerum occasione fauere, quam qui publicam causam suscepissent, hos ab honestissimo consilio et incoepto dehortari.

4. Baeticae consilium Lusitani quoque tractum incolentes, qui Extremadura nominatur, secuti sunt, auctore potissimum Francisco Castilla, qui praeerat urbi, quae nunc Trugillum, olim, ut putatur, Castra Iulii dicebatur, estque illius regionis uelut caput. Hic enim Fran-

---

3 effraenata em. R: efraenata: T: affraenat$_a$ A . 9 charitate TR: caritate A . 11 consentientes TA: consentientcos R . 14 incoepto TR: incepto A

a otro fin; que no era, pues, para ellos una carga el gobierno legítimo del Rey, sino que lo que les resultaba enojoso e insoportable era la codicia de sus impertinentes consejeros; que en su opinión había que tomar medidas tanto para el presente como para lo porvenir encaminadas a refrenar con ciertas, por así decir, riendas su desenfrenada ambición, a fin de que no se desbocara temeraria o impunemente; y esto redundaba en beneficio más que nada de la dignidad real, pues los gobiernos cuanto más justos e indulgentes son, tanto más seguros se les considera y suelen ser más duraderos cuando reina una mutua concordia entre los príncipes y los pueblos; y que los habitantes de la Bética sobre todo habrían debido sumarse unánimemente a la confabulación del resto de Castilla para intentar llevar a cabo estos objetivos y prestar dadas las circunstancias un decidido apoyo a sus loables fines, antes que disuadir de que intentaran el más honroso de los proyectos a quienes habían asumido la defensa de la causa pública.

4. La resolución de la Bética la secundaron también los lusitanos, habitantes de la región llamada Extremadura, por influjo sobre todo de Francisco de Castilla, que gobernaba la ciudad llamada actualmente Trujillo y antes, según se cree, Castra Iulii , capital por así decir de aquella región. En

ciscus uir nobilis, consilio praestans et eloquentia, ueritus ne per occasionem regis absentis ueterum factionum Chauium et Vargarum, in quas ciuitas scissa erat, memoria reuocaretur, et alterutri, ut esset necesse, cum publico discrimine ad partes populares inclinarent, cum principibus factionum diligenter egit; et cum pacem perpetuam non posset, inducias ad reditum usque regis et anni praeterea unius impetrauit. Quibus factis et iure iurando ab utrisque firmatis, proceres populosque uicinos, ut in officio fideque manerent, per literas cohortatur, et auctoritate publica, quam ab Hadriano Cardinale acceperat, qui Castellam, ut demonstratum est, regis nomine procurabat, concilium eius regionis Augustam Emeritam, quae medium fere tenet, conuocauit. Huc postquam populi per suos legatos atque proceres conuenerant, de concilii sententia constitutum est, ne a fide et imperio regis eiusque magistratuum discederetur, et decretum, dato et accepto iure iurando, firmatum. Praeterea equites circiter mille, pedites ad octo millia non tam imperati sunt, quam sponte a proceribus at-

4 reuocaretur TA: reuoccaretur R . 9 iure iurando TR: jurejurando A . 10 literas TR: litteras A . 12 ut demonstratum est add. R: Castellam T: ut demonstratum est A . 13 nomine R: ut demonstratum est add. T: nomine A . 18 iure iurando T: iureiurando RA . 20 sponte a em. R: auolentibus T: sponte a A

efecto, este Francisco, un noble de destacada sensatez y elocuencia, temiendo que con motivo de la ausencia del Rey se reviviera la época de los antiguos bandos, el de los Chaves y los Vargas, en que había estado dividida la ciudad, y unos u otros, como era inevitable, se adhirieran al partido de los comuneros con gran riesgo general, llevó a cabo una activa negociación con los cabecillas de las facciones, y aunque no le fue posible conseguir una paz perpetua, logró concertar una tregua hasta el regreso del Rey y un año más. Tras la firma y ratificación de estos acuerdos por parte de ambos, exhorta mediante cartas circulares a los Grandes y pueblos comarcanos a la continuación en la obediencia y lealtad y, en virtud de las públicas atribuciones que le había otorgado el Cardenal Adriano, gobernador de Castilla en nombre del Rey, como ya se dijo, convocó las Cortes de esta región en Mérida, que está prácticamente en el centro de ella. Una vez congregados aquí los pueblos por medio de sus representantes y Grandes, la Junta tomó el acuerdo de permanecer fieles y sumisos al Rey y a sus magistrados y se ratificó la resolución mediante juramento. Además Grandes y pueblos, más por propia iniciativa que a tenor de una orden, se ofrecieron a suministrar unos mil soldados de a caballo y ocho mil de a pie, y el mando

que populis oblati, et his omnibus Petrus Castilla Francisci frater praefectus, ut ea manus instructa esset atque ad officium regi regiisque magistratibus, si quid opus esset, praestandum parata.

5. Dum haec in Baetica et Extremadura geruntur, caeterae Castellae ciuitates tumultuari, et manus, quas in armis paratas haberent ad ea, quae uisa fuissent, exequenda cogere non desistunt, proceribus quibusdam frustra populares in officio continere conantibus. Erat Burgis Iofredus, natione Belga, qui cum esset Caroli mensorum praefectus, ab ipso, ut Laris arci praeficeretur, Burgensibus inuitis, impetrauerat. Huius domo direpta et ex parte diruta, Burgenses minacibus eius urbe decedentis contumeliosisque uerbis magis incensi, ex uici fano, quo scilicet confugerat, abstractum reducunt et in carcerem coniiciunt, atque inde a quodam ira furente claua contrito capite peremptus, in gulam iniecto laqueo raptatur trahiturque in patibulum, atque suspenditur. Ad hos motus sedandos, qui inter seditionis

---

3 si quid TR: siquid A . 6 caeteraeTR: ceterae A . 7 exequenda TR: exsequenda A . 16 a quodam RA: aquodam T . 17 peremptus TR: peremtus A .

de todos ellos se lo confió a Pedro de Castilla, hermano de Francisco, a fin de que esta tropa estuviera alerta y dispuesta para prestar servicio al Rey y a los magistrados reales en caso necesario.

5. Mientras esto está sucediendo en la Bética y Extremadura, el resto de las ciudades de Castilla no dejan de amotinarse y concentrar las tropas que tenían en armas dispuestas a poner en práctica los acuerdos que habían tomado, en tanto que algunos de los grandes señores se esforzaban en vano por reducir a la obediencia a los revoltosos. Vivía en Burgos Jofredo, un belga de nacimiento, que siendo apeador mayor de Carlos había conseguido de él, contra la voluntad de los burgaleses, ser nombrado alcaide del castillo de Lara. Después de saqueada y demolida en gran parte su casa, los burgaleses aún más excitados por las amenazas y ultrajes que éste profería a su marcha de la ciudad, lo sacan por la fuerza de la iglesia de una aldea a donde se había refugiado y lo encierran en la cárcel; de allí, acabado, con la cabeza machacada a garrotazos por un desconocido en un ataque de ira, se le saca con una soga al cuello, se le arrastra hasta el patíbulo y se le cuelga. Para calmar estos disturbios suscitados al comienzo de la sublevación, Iñigo

initia fuerant exorti, Inechus Fernandus Velascus Castellae Comestabilis Burgos uenit, quippe in ea ciuitate plurimum, tum gratia, tum etiam auctoritate pollebat, magnoque omnium consensu ciuitati praeficitur. Sed unum turbulentum hominem, qui asperius quaedam liberiusque in Carolum iactauerat, comprehendi cum iussisset, a plebe concitata, quae sumptis armis sese opposuit, prohibitus est; ac dum se in aedes suas placide contemptimque reciperet, parum abfuit, quin a quodam ex plebe occideretur, qui bis scorpionem tetendit, bis spiculum aptauit Inechi configendi causa; sed ab altero proxime incedente, qui rebus Inechi fauebat, prohibitus est, primum uelut casu compresso scorpione, et emissa in sublime sagitta, deinde postquam illius pertinaciam perspexerat, nervo etiam dissecto. Itaque Comestabilis, ne inuitis oppidanis sine commodo Reip. et cum suo periculo maneret, Burgis discedit, et oppidum suae ditionis, Farum nomine, progressus, tumultuantes illic oppidanos ad officium redire coegit.

---

7 sumptis TR: sumtis A . 9 contemptimque TR: contemtimque A 10 qui bis TA: quibis R . 16 Reip. TR: Reipublicae A . 19 oppidanos TR: oppidanos coegit A . ad officium redire coegit TR: ad officium redire A

Fernández de Velasco, Condestable de Castilla, viene a Burgos, pues en dicha ciudad gozaba tanto de una gran simpatía, como de un gran ascendiente, y con general beneplácito se hace cargo del gobierno de la ciudad. Pero habiendo mandado prender a un agitador, que había proferido palabras en exceso mordaces e insolentes contra Carlos, se lo impidió una plebe soliviantada, que le hizo frente con las armas en la mano, y en el momento de retirarse a su casa haciendo un alarde de sangre fría y desdén, poco faltó para que fuera asesinado por uno del populacho, que por dos veces tensó el escorpión y por dos veces colocó la flecha con intención de clavársela a Iñigo; pero fue impedido por uno que iba a su lado y era partidario de Iñigo, la primera vez dándole un empujón como por casualidad a la ballesta y saliendo la flecha disparada al aire, y la segunda, una vez que comprobó su obstinación, cortándole incluso la cuerda. El Condestable, pues, por no permanecer en Burgos a disgusto de los ciudadanos sin que ello reportara beneficio para el estado y sí en cambio riesgo para su persona, se marchó de allí y pasando a una ciudad de su dominio llamada Haro obligó a los ciudadanos allí sublevados a volver al orden.

6. Naiarensium quoque tumultus eisdem diebus, sed maiore illato detrimento, ab ipsorum duce Antonio Manrico repressus, qui ut Nauarram pro rege tunc temporis obtinebat, factus de suorum motibus certior, Naiaram cum militibus, qui erant ei ad illius regni praesidium attributi, mouet, si posset incusso terrore oppidanos ad sanitatem reuocare; sed cum intentando periculo nihil proficeret, oppidum, qua datus est a quibusdam oppidanis aditus, irrupit, et ui captum militibus diripiendum permisit. Caeterum supplicio de iis, qui principes fuerant seditiosi consilii, sumpto, caeteris uenia suppliciter petentibus data.

7. Paucis diebus interiectis, literae a Carolo diplomataque perferuntur, quibus Inechus idem Comestabilis, et Federicus Henricus Almirantus Castellae, propter magnam ipsorum apud omnes ordines auctoritatem procurationi regni cum Hadriano Cardinale praeficiuntur. Quo munere suscepto, Comestabilis (Almirantus enim aberat in Catalonia, ubi quibusdam oppidis imperitabat)

8 a quibusdam A: aquibusdam T: a quibus dam R . 10 Caeterum TR: Ceterum A . 11 sumpto TR: sumto A . caeteris TR: ceteris A . 13 literae fort. T: literae fort. R: litteras A

6. También la sublevación de los de Nájera fue sofocada por aquellos mismos días, aunque causando un mayor estrago, por su Duque Antonio Manríquez, que siendo por aquel entonces Virrey de Navarra, puesto al corriente del levantamiento de los suyos, se pone en marcha para Nájera con los soldados que tenía asignados para la defensa de aquel Reino, con intención de hacer volver a los ciudadanos a la cordura infundiéndoles miedo, pero como no adelantaba nada por este medio irrumpió en la ciudad por el sitio por donde algunos ciudadanos le habían facilitado la entrada y una vez tomada por la fuerza permitió a los soldados su saqueo. Por lo demás, después de castigar a los promotores de la sublevación concedió el perdón a los demás que se lo suplicaban insistentemente.

7. A los pocos días se reciben cartas y despachos de Carlos participando la incorporación al gobierno del Reino junto con el Cardenal Adriano de este mismo Iñigo, el Condestable, y de Fadrique Enríquez, Almirante de Castilla, por su gran prestigio entre todos los estamentos del estado. Después de aceptar el cargo, el Condestable (el Almirante se encontraba fuera, en Cataluña, donde era señor de algunas plazas) juntó la

pecuniam ex suis uectigalibus et possessionibus quam maximam potuit, congessit, et ab Emanuele Portugalliae rege quinquaginta ducatorum millia Caroli nomine mutuatus, delectum habere instituit, simulque ueteranarum cohortium ex Africo bello id temporis redeuntium quod potuit mercede ac pollicitationibus accersiuit, pars enim fuerat a popularibus abducta. Simul ad Antonium Manricum, Naiarae Ducem, qui pro rege, ut demonstratum est, Nauarram obtinebat, scribit petitque, ut quando iam bono animo Nauarri in nostros esse uiderentur, sibi partem aliquam praesidii ueterani et item aliquot tormenta mitteret, quod ille non grauate reip. amicitiaeque tribuit, missis quingentis ueteranis militibus cum Manrico, filio puero, et tormentis quatuor mediocribus cum Michaele Ferrera, Pompelonensis arcis praefecto.

8. His rebus cognitis, populares, qui ex concilio Torsillano rem communem administrabant, ipsi quoque nouo delectu suas copias augent, hisque Petrum Gyronem, Uregnae comitis natu maximum filium, suam

---

1 pecuniam A: pecunia TR . 6 accersiuit em. R: accersit T: accersivit A . 7 a popularibus A: apopularibus TR . abducta em. R: abduta T: abducta A . 10 Nauarri TA: Nauarii R . 12 reip. TR: Reipublicae A . 15 Pompelonensis A: Pompelopenesis TR . 18 Gyronem TR: Gironem A

mayor cantidad de dinero que pudo de sus rentas y posesiones y con el préstamo de cincuenta mil ducados que le había hecho el Rey Manuel de Portugal con el aval de Carlos dispuso hacer una leva y, al mismo tiempo, de las compañías que volvían por entonces de la guerra de África trató de incorporar mediante dádivas y promesas la cantidad de veteranos que pudo, pues los comuneros se habían hecho ya con parte de ellos. Escribe asimismo a Antonio Manríquez, Duque de Nájera, Virrey de Navarra, según ya dijimos, y le pide que, puesto que al parecer los navarros se mostraban ya afectos a los nuestros, le enviase una parte de la guarnición veterana y también alguna artillería, lo que le concedió no a disgusto el Duque en atención al bien público y a su amistad con el, enviándole quinientos soldados veteranos al mando de su hijo Manrique, un muchacho aún, y cuatro cañones medianos con Miguel Ferrera, alcaide del castillo de Pamplona.

8. Cuando se enteraron de esto los comuneros, que desde la Junta de Tordesillas dirigían la causa común, incrementan ellos también sus tropas con una nueva leva y por su influyente personalidad y renombrado valor confían el mando supremo de ellas al hijo mayor del Conde de Ureña, Pedro Girón, que se había ofreci-

operam pollicentem, cum imperii summa praeficiunt, propter hominis auctoritatem et uirtutis opinionem; de cuius uoluntate hoc minus sibi dubitandum putabant, quod is a Carolo alienum animum gerere credebatur ob animi dolorem, quem non dissimulanter ferebat, et iniuriam, quam ab ipso, ut praedicabat, acceperat, deiectus spe ducatus Methymnae Sidoniae iure uxorio potiundi. Ioannes enim Methymnae Sidoniae Dux ex uxore Isabella, Petri Velasci Comestabilis filia, Henricum et Mentiam, quae Petro Gyroni nupsit, progenuerat. Idem, Isabella defuncta, ex Leonora consobrina sua amitae filia, quam moriens uxorem duxit, filios procreauit, qui beneficio legis per subsecutum matrimonium legitimi esse uidebantur. Sed quoniam Henricus, qui patri successerat, et eiusdem Petri sororem duxerat, sine liberis decesserat, Petrus Gyron, uxoris Mentiae nomine Ducatum iniussu Fernandi regis inuadit atque occupat, exclusis Leonorae filiis, quos ex non legitimo matrimonio, ut pote quod praeter Ecclesiasticas leges propter propinquitatem et sine Pontificis maximi priuile-

---

7 Methymnae em. R: Metinae T: Methymnae A . 8 Ioannes em. T: Ioannis R: Joannes A . Methymnae em. R: Metinae T: Methymnae A . 10 Mentiam TR: Menciam A . Gyroni TR: Gironi A . 16 Gyron TR: Giron A . Mentiae TR: Menciae A . 19 ut pote TR: utpote A

do a colaborar, y cuya buena voluntad, pensaban, no debía ponerse en duda, precisamente porque se le creía desafecto a Carlos a juzgar por el resentimiento, que no se molestaba en ocultar, por la ofensa que de éste, según él proclamaba, había recibido al haberle arrebatado la esperanza de hacerse, por derecho de consorte, con el Ducado de Medina Sidonia. Efectivamente Juan, Duque de Medina Sidonia, de su matrimonio con Isabel, hija del Condestable Pedro de Velasco, había tenido a Enrique y a Mencía, que se casó con Pedro Girón. Asimismo, tras la muerte de Isabel, de su matrimonio con la hija de su tía, su prima Leonor, con quien se desposó estando él a punto de morir, tuvo unos hijos que parecían ser legítimos en virtud de la ley "por matrimonio subsiguiente"; pero al morir sin descendencia Enrique, que había sucedido a su padre y se había casado con la hermana de Pedro Girón, éste sin licencia del Rey Fernando se adelanta y se apodera del Ducado en nombre de su esposa Mencía, con exclusión de los hijos de Leonor, que, andaba él diciendo, habían nacido de un matrimonio no legítimo, dado que había sido contraído al margen de las leyes eclesiásticas por tratarse de parientes y sin el privilegio del Sumo Pontífice que lla-

gio, quam dispensationem uocant, contractum fuisset, natos esse dictitabat.

9. Erat autem Petrus Giron iam pridem odio regi Fernando, propterea quod is Henrico puero, cui sororem post ducis patris obitum desponderat, ex Hispali, cum rex adesset, in Portugalliam profugiendi dux et auctor fuerat, ne ipsum rex idem Annam ex Alfonso notho filio neptem, uxorem, ut uelle ostenderat, ducere compelleret. Itaque odio simul et cupiditati Fernandus indulgens,Petro Gyrone cum uxore per occasionem deiecto, Alfonsum, ex Leonorae filiis natu maximum, Methymnae ducem praefecit, Anna in matrimonium eidem collocata. Sed Fernando rege defuncto, Petrus Gyron diploma, nescio quod, a Carolo in fauorem sui iuris impetrauit, quod postea idem Carolus, aduersariis reclamantibus, publico consilio rescidit. Hoc iniquo animo ferens Petrus Gyron, Valdoliti Carolo Compostellam proficisci parante, ipso die protectionis proceribus,quibusdam et nobilibus audientibus,sic ipsum

---

10 Gyrone TR: Girone A . 12 Methymnae em. R: Metinae T: Methymnae A . 14 Gyron TR: Giron A . 17 Gyron TR: Giron A

man dispensa.

9. Por otro lado, hacía ya tiempo que Pedro Girón había caído en desgracia ante el Rey Fernando por haber sido el promotor y responsable de que el joven Enrique, prometido tras la muerte de su padre el Duque con su hermana, escapara de Sevilla, estando allí el Rey, a Portugal, para evitar que el propio Rey lo obligara a casarse, como daba a entender que deseaba, con su nieta Ana, hija de su hijo bastardo Alfonso. Y así, dejándose llevar a un tiempo por el resentimiento y la pasión excluyó a Pedro Girón y a su esposa a la primera ocasión y nombró Duque de Medina a Alfonso, el mayor de los hijos de Leonor, tras haberle dado a Ana en matrimonio. Pero una vez muerto el Rey Fernando, Pedro Girón consiguió no sé qué despacho de Carlos a favor de su derecho, que después el propio Carlos rescindió en público dictamen ante las protestas de los contrarios. Pedro Girón tomó muy a mal esta determinación y en Valladolid el mismo día en que Carlos se disponía a marchar a Compostela, en presencia de algunos Grandes y nobles le habló en los

est affatus: "More maiorum ac legibus, rex Carole, comparatum est, ut si quis honesto, aut etiam illustri loco natus uir graui iniuria affectus a rege, iure patrio, quo Hispani communiter utantur, decesserit, is, quasi hospes iam et alienigena factus, nullis amplius patriis legibus teneatur, ut si quid deinde conatus erit in regem, non idcirco in laesae maiestatis crimen uocari posset, aut perduelionis ignominia notari. Ego igitur, qui a te praegraui accepta iniuria, uti uolo eius legis beneficio, iam nunc omni Hispano iure decedo, atque hos, qui adsunt, uiros nobiles attestor". Cui Carolus respondit: non se putare illum, quae iactaret, esse commissurum; "Sed si feceris", inquit, "dabis mihi poenas tua temeritate dignas". Haec igitur a Carolo Petri Gironis alienatio spem dabat popularibus, ipsum in partibus suis permansurum, cum eum copiis suis aduersus proceres, quibus causa cum rege communis esse uidebatur, praeficerent.

10. Caeterum populares Hadriani Cardinalis, cui a

---

1 affatus TA: affactus R . 2 si quis TR: siquis A . illustri TA: illiustri R . 6 si quid TR: siquid A . 8 perduelionis TR: perduellionis A . ignominia TA: ingnominia R . 9 a te TA: ate R . 19 Caeterum TR: Ceterum A

siguientes términos: "Rey Carlos, las costumbres de nuestros mayores y las leyes estipulan que cualquier noble varón o de ilustre cuna agraviado seriamente por el Rey renuncie al derecho patrio que rige comúnmente entre los españoles, que considerado ya como extranjero y desnaturalizado no sea contemplado en adelante por las leyes patrias, de suerte que, si luego intenta algo contra el Rey, no por eso se le pueda imputar delito de lesa majestad, ni marcar con la nota infamante de traidor. Por tanto, yo, que he sido seriamente agraviado por vos, deseo ampararme en esa ley y desde este mismo momento hago completa dejación de las leyes hispanas y pongo por testigos a estos caballeros aquí presentes". Carlos le respondió que no creía que fuera a cumplir estas amenazas, "pero si lo haces, le dijo, recibirás un castigo tan grande como tu osadía". En esta enemistad, pues, entre Carlos y Pedro Girón basaban los comuneros la confianza de que éste permanecería en sus filas, al ponerlo al frente de sus tropas contra los Grandes, que al parecer formaban causa común con el Rey.

10. Por otra parte, dándose cuenta los comuneros de que la autoridad del Cardenal Adriano, a quien, como

discedente Carolo regni, ut demonstratum est, procuratio tradita fuerat, regiique consilii auctoritatem suis conatibus obesse animaduertentes, Hadrianum ipsum et consultores caeterosque magistratus regiam aulam sequi solitos capere moliuntur. Hoc illi cognito, Valdolito intempesta nocte discedunt, et Hadrianus cum eorum parte Methymnam, quae ad riuum siccum cognominatur, Almiranti ditionis oppidum, cum caeteris Antonius Roxas Archiepiscopus Granatensis, senatus consiliique eiusdem praefectus, Vernicam in fines Comestabilis profugerunt. Interea Federicus Almirantus ex Catalonia Methymnam suam reuersus est, ad quem proceres cum suo quisque comitatu frequentes conuenerunt. Affuit Aluarus Osorius Asturicae marchio cum Petro, maximo natu filio, Alfonsus Pimentellus Beneuenti, Fernandus Sylua Centumfontium, Iacobus Henricus Gusmanus Albaelistae, Franciscus Quignonius Lunae, Henricus Henriques, Almiranti frater, Ribadauiae, Moscosus, Altamirae, comites; Iacobus Toletus, equitum sancti Ioannis, Fernandus Vega, equitum sancti Iaco-

1 Carolo TA: Cardo R . 4 caeterosque TR: ceterosque A . 7 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 8 caeteris TR: ceteris A . 11 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 15 Pimentellus TR: Pimentelus A . Sylua TR: Silva A . 16 Albaelistae TA: Albelistae R . 17 Henriques TR: Henriquez A . 18 Ribadauiae TR: Rivadaviae A . Moscosus TR: Alvarus Moscosus A.

ya se dijo, Carlos a su marcha había confiado el gobierno del Reino, y la del Consejo Real era un obstáculo para sus propósitos traman hacer prisionero al propio Adriano, a los miembros del Consejo y demás magistrados que acostumbran seguir a la Corte; pero enterados de esta maquinación se marchan de Valladolid a altas horas de la noche: Adriano con parte de ellos a Medina, la denominada de Río Seco, una ciudad de la jurisdicción del Almirante; Antonio de Rojas, Arzobispo de Granada, prefecto del cabildo y del Consejo, huye con los demás a Vernica a territorio del Condestable. Entretanto el Almirante Fadrique volvió de Cataluña a su Medina; fueron a reunirse con él gran número de Grandes cada cual con su propia comitiva. Acudieron el Marqués de Astorga, Alvaro de Osorio, con su hijo mayor Pedro, el Conde de Benavente, Alfonso Pimentel, el de Cifuentes, Fernando de Silva, el de Albalista Jacobo Enríquez de Guzmán, el de Luna, Francisco de Quiñones, el de Ribadavia, Enrique Enríquez, hermano del Almirante y el de Altamira, Mercoso; así como Jacobo de Toledo, caballero de la orden de S. Juan y Fernando de Vega, caballero de la de S. Jacobo, Comendado-

bi, ex Castella praefecti, et alii praeterea complures, sine huiusmodi titulis optimates.

11. Iam Burgos oppidanorum uoluntate Comestabilis redierat, eamque ciuitatem spe atque promissis ad officium reduxerat, pollicitus se illorum postulata intra certum tempus a Carolo impetraturum. Erat autem grauiorum postulatorum summa, ut Carolus ueteribus maternorum auorum tributis et uectigalibus contentus, nulla praeterea exactione grauaret ciuitates; ne praefecturae, aut sacerdotia mandarentur externis; neue pecunia ex Hispania exportaretur; et haec omnia sanctissimis legibus sancirentur. Quae tamen Inechus nec praestare potuit, nec ullis precibus impetrare, leges eas Carolo ut iniquas, nec suae dignitati conuenientes, pertinaciter respuente; annuit tamen de immunitate mercatus, quod erat unum ex Burgensium postulatis.

12. Ex Burgis Comestabilis Petrum Fernandum, filium natu maximum, Fari comitem, ad quem summa im-

2 huiusmodi TA: huius modi R . 10 externis TA: ex ternis R

res Mayores de Castilla, además de otros muchos aristócratas no titulados.

11. Ya había regresado el Condestable a Burgos con el beneplácito de los ciudadanos y vuelto al orden a esta ciudad con esperanzas y promesas de que dentro de un plazo de tiempo conseguiría de Carlos lo que pedían. Sus pretensiones de más peso se reducían en suma a que Carlos se contentara con los antiguos tributos y rentas de tiempos de sus abuelos maternos y no impusiera ningún nuevo gravamen a las ciudades; que no se concediesen puestos de relevancia en el gobierno o en el clero a extranjeros, ni se sacara dinero de España; y que se estipulara la observancia de todos estos puntos por medio de leyes inviolables. Sin embargo Iñigo no pudo dar cumplimiento ni satisfacción a estas peticiones a pesar de sus insistentes ruegos, ante el obstinado rechazo de Carlos a estas propuestas como impropias e inconvenientes a su decoro; dio su conformidad no obstante a la franquicia de mercado, que era una de las exigencias de los burgaleses.

12. Desde Burgos el Condestable le ordena a su hijo mayor Pedro Fernández, Conde de Haro, a quien por

perii bellique gerendi procerum uoluntate et approbatione delata erat, coactas manus in unum locum contrahere et Methymnam deducere, seque cum reliquis proceribus coniungere iubet. Eius rei gratia Petrus idem Melgar oppidum, ex his quas nostri uocant Behetrias, processit;huc ad eum Iacobus Sarmentus Salinarum,Garsias Manricus Osorni,Petrus Veles Gueuara Ogniati, comites; item Alfonsus Carrillus Peralta, Falcium marchio, cum filiis et bono ueteranorum militum comitatu ex Nauarra profectus, et Gomezius Benauides Fromestae Mariscalis, conuenerunt. Copiis coactis Petrus Velascus Methymnam contendit atque peruenit; eodemque die Franciscus Zugniga Mirandae comes, Beltranus Queua ducis Alburquerquii natu maximus filius, Bernardus Roxas Dianii marchio, cum Ludouico filio, eodem conuenerunt. Erant autem copiae, quae huc cum proceribus confluxerant, equitum duo circiter millia ducenti, peditum sex millia: popularium exercitus, equitum mille ducentorum, peditum decem amplius millium, quas copias Petrus Gyron tribus castellis Torfumo, Villagarsia,

3 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 4 Petrus idem TA: Petrusidem R . 7 Garsias TR: Garcias A . Veles TR: Velez A . 12 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 13 Queua TR: Cueva A 17 peditum TA: perditum R . 20 Gyron TR: Giron A . Villagarsia TR: Villagarcia A

expreso deseo de los Grandes se le había conferido el mando militar supremo concentrar las tropas reclutadas en un sólo lugar, conducirlas a Medina y reunirse con los demás Grandes. A este fin se adelantó el propio Pedro hasta Melgar, una plaza de las que los nuestros llaman de "Behetría". Allí se reunieron con él el Conde de Salinas, Jacobo Sarmiento, el de Osuna García Manrique, el de Oñate, Pedro Vélez de Guevara; así como el Marqués de Falces, Alfonso Carrillo de Peralta, que venía de Navarra acompañado de sus hijos y un buen séquito de soldados veteranos, y el Mariscal de Fromista, Gómez de Benavides. Después de incorporadas las tropas, Pedro de Velasco se dirige y llega a Medina. Y ese mismo día se reunieron allí con él el Conde de Miranda, Francisco de Zúñiga, Beltrán de la Cueva, el mayor de los hijos del Duque de Alburquerque, y Bernardo de Rojas, Marqués de Denia, con su hijo Luis. El contingente de tropas congregadas allí por los Grandes ascendía a unos dos mil doscientos soldados de a caballo y seis mil de a pie; el de los comuneros a mil doscientos de a caballo y más de diez mil de a pie, que había acantonado Pedro Girón en tres fuertes en las inmediaciones de Medina y del campo contrario, Tordehumo, Villagarcía y

Villabraxima, prope Methymnam, aduersariosque collocauerat, unde Methymnensem agrum incursionibus infestabat. Sed post aduentum Petri Velasci, relictis his locis, Villalpandum Comestabilis ditionis oppidum, quod tunc ab illo defecerat, et plures ad bellum gerendum commoditates habere uidebatur, contendit, ab oppidanisque recipitur. Quo cognito, Petrus Velascus ipse quoque suas copias Methymna deducit, proceribus consequentibus, et in his Federico etiam Almiranto, qui nondum regni procurationem iniuerat, sed compositionis atque pacis auctorem diligentissimum sese praebebat, sic suam apud populares gratiam maiorem fore existimans, si quasi priuatus tunc cum eis ageret, cum nomine et auctoritate Caroli regni procurationem posset obire.

13. Proceres igitur copiis omnibus Methymna profecti, Torsillas contendunt. Hoc enim oppidum, quo regina, uti docuimus, continebatur, in primis oppugnare placuit, ne quid sinistri populares occasione reginae, ut tentauerant, perficerent. Ab horum enim le-

---

1 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 2 Methymnensem em. R: Metinensem T: Methymnensem A . 3 Velasci TA: Valasci R . 8 Methymna em. R: Metina T: Methymna A . 15 Methymna em. R: Metina T: Methymna A . 16 Torsillas em. R: Torasillas T: Torsillas A . 18 ne quid TR: nequid A

Villabrajima, desde donde hostigaba con sus correrías el territorio de Medina. Pero después de la llegada de Pedro de Velasco levanta el campo y se dirige a Villalpando, una plaza de la jurisdicción del Condestable que por aquel entonces había hecho defección de él y ofrecía al parecer más facilidades para hacer la guerra, y fue bien recibido por los ciudadanos. Enterado de esto, Pedro de Velasco a su vez saca también sus tropas de Medina seguido de los Grandes y entre ellos también del Almirante Fadrique, que aún no se había hecho cargo del gobierno del Reino, pero que se mostraba como un decidido promotor de la paz y la reconciliación, creyendo que así influiría más en los comuneros: negociando con ellos como un particular en un momento en que estaba en condiciones de hacerlo como encargado del gobierno del Reino con la autorización y en nombre de Carlos.

13. Los Grandes, pues, salen de Medina con todas las tropas en dirección a Tordesillas: se decidió atacar antes que nada esta plaza en donde, según dijimos, residía la Reina, para evitar que los comuneros con tal motivo cometieran alguna vileza, como lo habían inten-

gatis Torsillae cum praesidio tenebantur, oppidanis singulari studio conspirantibus, qui a Petro Velasco proceribusque missa legatione, ut sibi qui reginam salutatum conuenissent, aditum praeberent rogati,spatium ad respondendum se sumpturos dixerunt. Caeterum caduceator, qui bellum, nisi portas aperirent, denuntiatum redibat,ab eis non est admissus, sed telis potius ex muro reiectus. Tum Petrus Velascus, equites cum regio uexillo, quod pro suo haereditario officio Fernandus Sylua comes Centifontanus ferebat, separatim collocat, praeter duas turmas cataphractorum, quos ad pedes desilire et oppugnationem cum peditibus inire iussit. Coepta oppugnatione, murus semel atque iterum diuersis partibus tormentorum telis concutitur, utrobique tamen eiusdem firmitudo, ut erat terra intrinsecus accumulata munitus, oppugnantium conatus frustrabatur: itaque multi oppugnatorum caesi, complures uulnerati, uexillumque regium duobus sclopetorum telis perforatum, nauiter scilicet defensoribus ex muro propugnantibus. His difficultatibus affectus Velascus, Dionisyum

5 sumpturos TR: sumturos A . dixerunt em. R: retulerunt T: dixerunt A . 9 haereditario TR: hereditario A . 15 intrinsecus TA: in trinsecus R . 18 sclopetorum TR: scloppetorum A . 20 Dionisyum TR: Dionysium A

tado. En efecto, sus procuradores ocupaban Tordesillas con un destacamento y contaban con el decidido favor de los ciudadanos; éstos dijeron que se tomarían tiempo para dar una respuesta a la embajada que Pedro de Velasco y los Grandes les habían enviado solicitando se les facilitara la entrada, pues habían venido a presentar sus respetos a la Reina; De otro lado, al emisario que volvía a declararles la guerra, si no abrían las puertas, no lo dejaron entrar; antes bien, lo hicieron retroceder desde la muralla a fuerza de disparos. Entonces Pedro de Velasco destaca a la caballería con el estandarte real portado, en virtud de un deber hereditario, por Fernando de Silva, Conde de Cifuentes, exceptuando a dos escuadrones de coraceros, a quienes ordena echar pie a tierra y comenzar el ataque al lado de la infantería. Una vez comenzado éste, se batió reiteradamente la muralla a cañonazos por diversos puntos, pero la solidez de ésta por ambos lados -como que estaba fortificada por dentro con terraplenes- frustraba los intentos de los atacantes; y así muchos de los atacantes cayeron, la mayoría fueron heridos y el estandarte real fue horadado por dos disparos de arcabuz, pues los sitiados se defendían desde la muralla con gran valor. Velasco preocupado por estas contrarie-

Dezam Nauarrum, hominem strenuum et magno usu rei militaris ad se uocat, iubetque oppidum circumeuntem, qua parte commodius oppugnari posse uideretur, explorare. Is foramen nuper obtrusum parte a propugnatoribus auersa sibi notatum esse renuntiauit, quo aditus aperiri posse uideretur. Huc igitur transuectis tormentis tam diu murus est concussus, donec parte disiecta, foramen sub solis occasum, qua modo posset singularis homo subire, patuit. Hac miles quidam ex Methymna Campestri, Nietus nomine, initium ingrediendi fecit; cuius rei uirtutisque gratia Velascus ipsum postea remunerauit. Multi hunc subsecuti, qui murum et proximam turrim, uictoriam conclamantes, citra contentionem occuparunt. Nam defensores eam partem nihil inde metuentes incustoditam reliquerant. Oppidani aduersarios intra moenia conspicati, proximis domibus incensis, ea quoque parte nonnihil repugnare coeperunt; et magno campanarum strepitu periculum significantes, fidem sociorum, si qui prope adessent, implorare.

---

4 a propugnatoribus A: apropugnatoribus TR . 7 tam diu TR: tamdiu A . 9 Methymna em. R: Metina T: Methymna A . 19 si qui TR: siqui A

dades llama a su presencia a Dionisio Deza Navarro, un hombre intrépido y con gran práctica en lo militar y le ordena dar una vuelta en derredor de la ciudad y examinar por qué parte parecía poder efectuarse un ataque más fácilmente. Este le comunicó que había observado una brecha recién tapada en la parte contraria a los que estaban rechazando el ataque, por donde parecía posible abrir un acceso. Trasladados, pues, a este lugar los cañones, se continuó batiendo la muralla, hasta que una vez demolida parte de ella se abrió una brecha hacia la puesta del sol, por donde únicamente podía penetrar un hombre. El primero en penetrar por allí fue un soldado de Medina del Campo apellidado Nieto, a quien después premió Velasco por esta acción valerosa. Le siguieron otros muchos, que al grito de "Victoria" se apoderaron sin resistencia de la muralla y del torreón vecino, pues los defensores no temiendo ningún ataque por allí habían dejado aquella parte desprotegida. Los ciudadanos, cuando descubrieron a sus contrarios dentro de las murallas, prendieron fuego a las casas próximas y comenzaron también por aquella parte a contraatacar en cierta medida y a pedir socorro de los amigos, por si algunos se hallaban cerca, tocando a rebato.

14. Hoc animaduerso, Velascus Rodericum Roxam cum turma expeditorum equitum mittit, qui paulo longius progressus, in itinere, quod ducit a Villalpando, consisteret, et si quid auxilii ab aduersariis ueniret, renuntiaret;tum caeteris fere proceribus per foramen, quod initio in porta, quam ad equites introducendos refringendam curabat, patuit, ingressis (nam et ipsi ad pedes desilierant) ductor ipse Velascus,maiorem partem noctis extra oppidum expectauit, donec perfracta et expedita porta, quae caemento fuerat obtrusa, equitibus pateret aditus, et tormenta inueherentur. Tertia uigilia cum equitatu ingressus custodias per muros disposuit, et caetera, quae oportere uisa sunt, imperauit; et quanquam pridie oppidum militibus diripiendum permiserat, tamen ut a direptione desisterent, magnis poenis constitutis edixit per praeconemque denuntiauit. Expugnatae sunt autem Torsillae mense Decembri cum iactura hominum amplius centum quinquaginta, multis praeterea uulneratis. Sed primus omnium centurio quidam occubuit, in cuius tunicae manica sacer calix ar-

---

3 itinere RA: itenere T . 4 si quid TR: siquid A . 5 caeteris TR: ceteris A . 9 expectauit TR: exspectavit A . 10 caemento RA: cemento T . 13 caetera TR: cetera A . quanquam TR: quamquam A . 15 a direptione TA: adireptione R. desisterent TA: disisterent R

14. A la vista de esto, Velasco envía a Rodrigo de Rojas al frente de un escuadrón de caballería ligera, para que adelantándose un poco se apostara en el camino de Villalpando y avisara si llegaba algún socorro de parte de los adversarios. Entonces, una vez que casi todos los demás señores (también ellos habían desmontado) se hubieron introducido por la brecha que se abrió al principio en la puerta, que procuraba romper para dar entrada a los de a caballo, el propio general Velasco aguardó fuera de la ciudad la mayor parte de la noche hasta que se diera entrada a la caballería y se introdujeran los cañones después de quebrantada y franqueada la puerta que estaba tapiada. Y ya dentro con la caballería después de medianoche distribuyó los centinelas por la muralla y dio las órdenes que le parecieron oportunas; y a pesar de que el día anterior había dado permiso a los soldados para el saqueo, no obstante, hizo público mediante un pregón que desistieran del mismo bajo amenaza de grandes castigos. La toma de Tordesillas tuvo lugar en el mes de Diciembre con una pérdida de más de ciento cincuenta vidas humanas y un gran número de heridos. Pero el primero de todos en morir fue un capitán, a quien se le halló en la manga de la camisa un cáliz de plata,

genteus repertus fuit, quem fano Torlobatonis oppidi ab ipso et manipularibus direpto, caeteris rebus ducis iussu restitutis, occultauerat, ut deus interdum non sera poena sacrilegos ulciscitur. Ex oppidanis et popularibus pauci perierunt, nec ullus nisi armatus. Ciuitatum legati comprehensi nonnulli et custodiae dati, caeteri muro ab aduersariis occupato fuga elapsi, paulo post Valdolitum se receperunt. Huc enim Petrus Gyron, cum de Torsillarum expugnatione cognouisset, ex Villalpando suas copias deduxit, quas paucis post diebus relinquens, Pegnafielem paternae ditionis oppidum discessit. Discedendi duplex causa ferebatur: altera, quod ferre calumniam non posset popularium uulgo iactantium, exercitum ab eo per dolum ex agro Methymnensi deductum fuisse, ne obesset aduersariis, quominus Torsillas expugnarent; altera, quod eidem a propinquis proceribus (erat enim magnae cognationis et primis eorum sanguine coniunctus) per nuntios et quorundam colloquium persuasum fuisset, uictoriam, si popularibus contigisset, fore, ut caeteris proceribus, item ipsi Cy-

2 caeteris TR: ceteris A . 4 sacrilegos em. R: sagrilegos T: sacrilegos A . Ex oppidanis TA: Exoppidanis R . 6 nonnulli TA: non nulli R . caeteri TR: ceteri A . 8 Gyron R: Giron TA . 12 discedendi TA: descendendi R . 14 Methymnensi em. R: Metinensi T: Methymnensi A . 15 quominus A: quo minus TR . 16 eidem RA: idem T . a propinquis A: apropinquis T: apro pinquis R . 18 quorundam fort. T: quorundam fort. R: quorumdam A . 20 caeteris TR: ceteris A . Gyroni TR: Gironi A

que se había escondido después del saqueo del templo del pueblo de Torrelobatón por parte suya y de los soldados de su compañía, y de haber devuelto todo lo demás por orden del general; así no tarda Dios a veces en dar el merecido castigo a los sacrílegos. De los ciudadanos y comuneros pocos perdieron la vida y ninguno que no estuviera armado. Algunos procuradores de las ciudades fueron arrestados y puestos en prisión; los demás se habían dado a la fuga cuando la ocupación de la muralla por los enemigos y se habían refugiado poco después en Valladolid. Hasta allí trajo Pedro Girón sus tropas desde Villalpando cuando se enteró de la toma de Tordesillas, y abandonándolas allí a los pocos días se retiró a Peñafiel, una ciudad del dominio de su padre. Dos eran los motivos de su retirada que circulaban: uno, que no podía soportar la calumnia de los comuneros que le acusaban públicamente de haber sacado de mala fe el ejército de tierras de Medina para no obstaculizar a los adversarios la toma de Tordesillas; el otro, que señores parientes suyos (tenía efectivamente una gran parentela y estaba unido a los principales de ellos por lazos de sangre) lo habían convencido por medio de intermediarios y entrevistas personales de que si la victoria estaba de lado de los comuneros le perjudicaría tanto al propio Girón como al resto de los señores, pues una de las prin-

roni perniciosam, cum hoc in primis iactarent populares, se regem ex procerum iactura ditaturos, publicatis et regio patrimonio restitutis ipsorum bonis,quaecunque inde fuissent, ut essent pleraque, per regum superiorum largitionem iniustasque donationes praeter leges detracta; ut quemadmodum pernicioso illo errore, multis proceribus locupletatis, contracta fuisset publica regis inopia, sic ei malo, quod esset caput omnium incommodorum, contraria ratione mederentur.

15. Torsillis expugnatis atque direptis, pleriique pedites praeda illa quantulacunque contenti, et ob alias causas, domum discesserunt, reliquae copiae. partim Symancas, Torlobatonem, Villaluam, Methymnam riui sicci et Portillum, castella et oppida circum Valdolitum hybernorum praesidiique causa deductae, partim Torsillis cum Hadriano, qui iam huc ex Methymna migrauerat, et Almiranto, qui hoc oppido recepto regni procurationem susceperat, et Velasco Fario comite, ac caeteris fere proceribus remanserunt. Ex popularibus

---

2 ex procerum TA: exprocerum R . 3 quaecunque fort. T: quaecunque R: quaecumque A . 11 quantulacunque fort. T: quantulacunque fort. R: quantulacumque A . 13 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 16 Methymna em. R: Metina T: Methymna A . 19 caeteris TR: ceteris A

cipales proclamas de los comuneros era que ellos iban a enriquecer al rey a base de hacer caer a los grandes, confiscando y devolviendo a la corona cualesquiera de sus bienes que hubiesen pertenecido a ella, de donde se habían desmembrado la mayoría por prodigalidad e injustas donaciones de los Reyes anteriores al margen de la ley; que de la misma manera que se había empobrecido el patrimonio real con aquel pernicioso error a costa del enriquecimiento de muchos Grandes, así también por el procedimiento contrario se pondría remedio a aquel mal, que era el más importante de todos.

15. Tras la toma y saqueo de Tordesillas, la mayor parte de los soldados de a pie dándose por satisfechos con aquel corto botín, además de por otros motivos, retornaron a casa; el resto de la tropa, una parte fue llevada para invernar y como guarnición a Simancas, Torrelobatón, Villalba, Medina de Río Seco y Portillo, fuertes y plazas en las inmediaciones de Valladolid; la otra parte se quedó en Tordesillas con Adriano, que ya se había pasado allí desde Medina, el Almirante, que tras la toma de esta ciudad había entrado en ejercício del gobierno del Reino, el Conde de Haro Velasco y casi todos los demás Grandes. En el bando de los comuneros también des-

quoque post digressum Petri Gyronis multi diffluxerant, reliqui fere Valdoliti et circum Methymnam Campestrem continebantur, et utrinque incursiones, interdum excursionesque fiebant. Quorum popularium circiter quingenti Rodillanae iuxta Methymnam Campestrem cum hybernarent, hos nihil tale metuentes aggressus Petrus Queua cum minore militum manu, praeter paucos fuga dilapsos, cunctos aut interfecit, aut cepit. Idem paucis post diebus cum equitibus cataphractis ducentis et peditibus quingentis Zarzam missus, improuisus adest, et octingentos ex aduersariis, qui consederant in eo uico, qui ultra Methymnam Campestrem abest a Torsillis passuum millia uiginti quatuor, inopinantes adortus conturbauit; qui se in uici fanum cum recepissent et parumper repugnassent, paucis interemptis, reliquos in deditionem compulit et captiuos duxit, tantumque fuit militum studium, ut passuum quinquaginta sex millia (huc enim iter uitata Methymna circuitu creuerat) conficerent, nullo interim cibo,donec Torsillas reuerterentur,sumpto.

---

1 Gyronis R: Gironis TA . 2 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 4 quingenti TA: quinginti R . 5 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 6 Queua TR: Cueva A . 10 improuisus A: improuissus TR . 12 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 13 adortus TA: ad ortus R . 15 interemptis TR: interemtis A . 18 Methymna em. R: Metina T: Methymna A . 19 sumpto TR: sumto A .

pués de la partida de Pedro Girón muchos se habían disuelto y los demás se mantenían por lo general en Valladolid y en las alrededores de Medina del Campo y tanto los de dentro como los de fuera hacían sus correrías de vez en cuando. De estos comuneros a unos quinientos que pasaban el invierno en Rodillana al lado de Medina del Campo, Pedro de la Cueva al frente de una tropa más pequeña en un ataque sorpresa los mató a todos o los hizo prisioneros, salvo a unos cuantos que lograron escapar. El mismo, enviado a los pocos días a Zarza al frente de doscientos coraceros y quinientos de a pie, se presenta de improviso y acometiendo por sorpresa a ochocientos enemigos que estaban acantonados en este pueblo, que está al otro lado de Medina del Campo a una distancia de Tordesillas de veinticuatro mil pasos, creó una gran confusión; éstos se refugiaron en la iglesia del pueblo y resistieron por un momento, pero muertos unos cuantos, a los demás los obligó a rendirse y se los llevó prisioneros, y fue tal el celo de los soldados que recorrieron los cincuenta y seis mil pasos de camino con el rodeo que dieron para no pasar por Medina, sin tomar en ese tiempo alimento alguno hasta que estuvieron de vuelta en Tordesillas.

16. Interea Toletani, cognito de Petri Gyronis discessu, Ioannem Padillam cum supplemento mittere constituunt. Hic enim, quo tempore in Torsillano consilio de Petro Gyrone cum summa imperii exercitui praeficiendo ageretur, iniquo animo ferens ea ratione suam auctoritatem minui, domum reuerterat: remissus igitur cum maiore auctoritate, Valdolitum peruenit et magna cum gratulatione a popularibus recipitur. Erat in partibus popularium Antonius Acugna Episcopus Zamorensis, homo factiosus ac turbulentus, et nihil minus quam ad Episcopatum natus; ad quem honorem non doctrinae, aut religionis morumque sanctitatis, earum denique uirtutum opinione peruenerat, quae multae et excellentes in eo desiderantur, qui praefectus Ecclesiae, religionis interpres, atque hominum suae fidei commissorum uitae magister et censor esse debet: ab his enim procul abhorrebat, sed longe diuersis artibus obrepserat. Qui cum suos Zamorenses initio ad tumultum solicitaret, eiectus urbe fuerat a Iacobo Henrico Albae Listae comite; unde Taurum urbem progressus, atque ea so-

1 cognito de TR: cognito A . Gyronis TR: Gironis A . 4 Gyrone TR: Girone A . 8 a popularibus A: apopularibus TR . 10 ac em. R: et T: ac A . 18 solicitaret 1 eras. T: solicitaret R: sollicitaret A . 20 solicitata 1 eras. T: solicitata R: sollicitata A

16. Entretanto los de Toledo, cuando supieron de la marcha de Pedro Girón deciden enviar a Juan de Padilla con refuerzos: éste, en el momento en que se estaba debatiendo en la Junta de Tordesillas el confiarle a Pedro Girón el mando supremo del ejército, tomando a mal el ver su autoridad menoscabada de esta manera había regresado a casa; de vuelta, pues, con su autoridad reforzada llega a Valladolid y es acogido por los comuneros con grandes muestra de júbilo. Estaba en el bando de los comuneros Antonio de Acuña, Obispo de Zamora, un hombre sedicioso y agitador y para nada menos apto que para el obispado; había alcanzado esta dignidad no por la estima de su formación, religiosidad y santidad de costumbres, en una palabra de las muchas y excelentes virtudes que se requieren en la persona que ha de ser Prelado de la Iglesia, intérprete de la religión y maestro y censor de la vida de los hombres encomendados a su tutela (en todo ello, en efecto, dejaba mucho que desear) sino que había ido trepando gracias a otros ardides bien distintos. Por haber incitado al principio a la sublevación a sus zamoranos, Jacobo Enrique, Conde de Albalista, le había expulsado de la ciudad; de allí pasó a la ciudad de Toro y después de sublevarla al

licitata in populariurn castra peruenit, et ubique sese rerum nouarum ac seditionis ducem exhibere studebat.

17. Is paulo post aduentum Ioannis Padillae, ex Valdolito cum parte copiarum in proximam regionem,quam propter planiciem Campos recentior consuetudo nominat, profectus, Ampudiam uenit, atque inde pulso praesidio, quod paulo ante fuerat a proceribus missum, Cordouillam usque nihil ab iniuria et maleficio temperans procedit; unde reflexo itinere per Torquemadam et Magazam, aliaque castella et uicos procerum ditionis obuia quaque deuastans, Magazae quoque templo direpto, Valdolitum reuertitur. Hic, coacto primorum concilio, placuit populariburs omnes aduersarios proceres laesae maiestatis crimine condemnare. Qua sententia in foro per praeconem ex suggesto pronuntiata, Ioannes Padilla copiis omnibus egressus, ad Torlobatonem castellum ditionis Almiranti, quod paruo praesidio tenebatur, oppugnandi gratia consedit. Huc quoque Velascus Farius comes cum equitatu et quinquaginta electis pe-

12 reuertitur TR: reuertit A . 18 oppugnandi TA: oppugnadi R

cuartel de los comuneros y en todas partes era su empeño mostrarse como instigador de la sublevación y la sedición.

17. Este, al poco tiempo de la llegada de Juan de Padilla, sale de Valladolid con un destacamento en dirección a una zona próxima que en el habla más reciente se denomina "de Campos" por su llanura, y llega a Ampudia y, tras echar de allí a la guarnición que poco antes habían enviado los Grandes, se adelanta sin dejar de cometer daños y desafueros hasta Cordovilla, de donde da la vuelta por Torquemada, Magaza y otros fuertes y pueblos de dominio de los Grandes, destrozándolo todo a su paso, y después de saquear incluso la iglesia de Magaza vuelve a Vallodolid. Aquí celebraron los comuneros junta de primates, en la que se resolvió declarar a todos los Grandes del partido opuesto reos de lesa majestad. Después de que el pregonero hiciera pública esta sentencia desde el estrado, Juan de Padilla sale con todas las tropas y acampa junto a Torrelobatón, un pueblo de dominio del Almirante ocupado por una pequeña guarnición, con el propósito de atacarlo. También marcha en esta dirección Velasco, Conde de Haro, con la caballería y cincuenta soldados de a pie esco-

ditibus, quos cum praefecto Francisco Osorio suis ad tuendum castellum subsidio mitteret, proficiscitur; sed in itinere nuntio accepto ab Almiranto, ut pro quinquaginta peditibus totidem equites cataphractos summitteret, sibi eam sententiam non probari respondit; nec enim eos pedites ad castellum defendendum minus esse idoneos quam equites, quorum opera ad res alias longe utilior esse possit. Quo responso indignatus Almirantus, Franciscum Osorium cum scalis, quibus erat murus per partem a popularibus auersam conscendendus (harum enim cura ipsum retardauerat) ad Torsillas manere iussit,et Velascum, qui iam in aduersariorum conspectum uenerat, reuocauit, per literasque, ne superuacaneum minimeque necessarium subsidium mitteret, denuntiauit. Itaque postridie paruo negotio castellum expugnatum est, eodem Fario comite, qui in conspectum cum equitatu processerat, spectante et propter suorum paucitatem non ualente, sed ne conante quidem prohibere. Nec uero modo castellum ui captum est atque direptum; sed arx quoque munitissima,intentata modo

10 a popularibus A: apopularibus TR . 13 literasque fort. T: literasque R: litterasque A

gidos, con la intención de enviarlos como refuerzo a los suyos al mando del comandante Francisco de Osorio para defender aquel fuerte; pero, al recibir en el camino aviso del Almirante de que en lugar de cincuenta soldados de a pie le suministrara igual número de coraceros, contestó que no aprobaba esa determinación; pues éstos soldados de a pie no eran menos idóneos para defender el fuerte que los de a caballo, cuya ayuda podía ser mucho más útil a otros efectos. El Almirante irritado ante esta respuesta le ordena a Francisco de Osorio quedarse en Tordesillas con las escalas que habían de servir para subir a la muralla por la parte de atrás de los comuneros (el hacerse con ellas había sido causa de su retraso) y a Velasco, que ya había llegado a la vista del enemigo, le hizo retirarse y le avisó por carta de que no le enviara un refuerzo superfluo y en modo alguno necesario. Y así al día siguiente fue tomado el fuerte sin gran dificultad, a la vista del propio Conde de Haro, que se había adelantado con la caballería hasta divisar al enemigo, pero sin poder hacer nada, ni siquiera intentar impedirlo debido al muy reducido número de gente que llevaba consigo. Y no sólo fue tomado a la fuerza y saqueado el fuerte, sino que también la ciudadela, muy bien fortificada, fue entregada al pri-

oppugnatione, per ignauiam praefecti dedita, eodem die in popularium potestatem peruenit, qui statiua ibidem habere constituerant, propter loci opportunitatem ad proceres, qui Torsillis continebantur, infestandos, atque ipsum oppidum,quod inde abest passuum duodecim millibus, per occasionem oppugnandum et commeatibus intercludendum. Cuius rei gratia pedites sclopetarios, qui uias obsiderent, quotidiana consuetudine dimittebant, donec horum circiter quinquaginta ab equitatu procerum ipsoque Velasco intercepti et capti sunt. Hic enim timor caeteros deinde repressit, et infestas uias ab incursionibus huiusmodi tutiores reddidit. Atque haec quidem in Vaccaeis gerebantur.

18. Comestabilis ad hoc tempus Burgis morabatur, cum nuntius, qui Burgensium postulata, de quibus supra diximus, ipsiusque preces ad Carolum Caesarem pertulerat, re infecta rediuit: itaque seditionem atque impetum in se ciuitatis ueritus, arcem, qua se potiri,prius quam res enuntiaretur,magni interesse iudicabat,

---

11 caeteros TR: ceteros A . infestas A: in festas TR .
12 huiusmodi TA: huius modi R . 17 infecta TA: in fecta R

mer intento de ataque por desidia del alcaide, pasando ese mismo día a poder de los comuneros, que tenían resuelto establecer allí su cuartel general por lo apropiado del lugar para acosar a los Grandes establecidos en Tordesillas y atacar en el momento oportuno a la propia ciudad, que dista de allí doce mil pasos, y cortarle el avituallamiento. Con este fin solían despachar a diario soldados de a pie armados de arcabuces que obstaculizasen los caminos, hasta que la caballería de los Grandes y el propio Velasco sorprendieron e hicieron prisioneros a cincuenta de ellos: luego el miedo a un suceso de este tipo contuvo a los demás y devolvió alguna seguridad a los caminos, peligrosos antes por semejantes correrías. Y esto era lo que sucedía en territorio de los vaceos.

18. El Condestable se hallaba por esas fechas en Burgos, cuando volvió sin haber conseguido nada el mensajero que había transmitido al César Carlos las peticiones de los burgaleses de que hablamos anteriormente y los ruegos del propio Condestable. Temiendo, pues, un motín y alguna agresión de la ciudad contra su persona se adueñó de la fortaleza, de la que creía muy importante apoderarse antes de que se conociera la noticia, sobor-

praemiis et pollicitationibus adducto praefecto, recepit, eandemque populo, qui sumptis armis tumultuari coeperat, sua potissimum auctoritate cohibito, praesidio muniuit, ut illo quasi fraeno seditiosorum animi compescerentur. Cum autem necessaria ad bellum cum populàribus gerendum compararet, nec esset tormentorum copia, Methymnensibus a Ioanne Padilla et popularibus, occupatis, Sanctium Velascum Fonterabiam mittit, qui aliquot tormenta hinc deducta in urbem Victoriam, atque inde Burgos deferenda curaret. Is iussa diligenter administrans, leuioribus tormentis globisque ferreis, et caeteris, quae tormentis usui sunt, per terram statim, quo properantius deportarentur, missis, septem grauiora tormenta in nauem imposuit, cumque his ipse Bilbaum nauigauit, ut inde commodiore ac breuiore terrestri itinere conueherentur. Hoc Torsillas nuntiato, populariorum consilium Petro Aialae comiti Saluaterrae per literas mandauit, daret operam quam maxime posset, ut tormenta interciperet, nec ulla ratione in aduersariorum castra perferri sineret.Nam is ex proceribus partes po-

---

2 eandemque TR: eamdemque A . sumptis TR: sumtis A . 3 cohibito TA: conhibito R . 7 Methymnensibus em. R: Metinensibus T: Methymnensibus A . 12 caeteris TR: ceteris A . 16 popularium T: populare RA . 17 literas TR: litteras A . 20 ex proceribus TA: exproceribus R

nando a su alcaide con dádivas y promesas y una vez contenido gracias sobretodo a su autoridad el pueblo, que con las armas en la mano empezaba a alborotarse la fortificó con una guarnición, para que sirviera como de freno a los ánimos exaltados de los revoltosos. Estando organizando la guerra contra los comuneros, al ver que no había suficientes cañones a su disposición, pues Juan de Padilla y los comuneros se habían adelantado a adueñarse de los de Medina, despacha a Sancho de Velasco a Fuenterrabía con la misión de procurarse algunos cañones sacándolos de allí y llevándolos a Vitoria y posteriormente a Burgos. Este se dio prisa en ejecutar las órdenes; después de haber enviado inmediatamente por tierra, para que fuera más rápido el transporte, los cañones más ligeros, las bolas de hierro y demás pertrechos de la artillería embarcó los siete más pesados y con ellos puso rumbo a Bilbao, con la intención de que se los transportara desde allí por tierra para ahorrar tiempo y esfuerzo. Llegada esta noticia a Tordesillas, la junta de los comuneros encargó por escrito a Pedro de Ayala, Conde de Salvatierra, que pusiera todo su empeño en interceptar la artillería y no permitiera de ningún modo que llegara al cuartel de los contrarios. Este era, en efecto, uno de los Grandes que

pularium pertinaciter ad Cantabriam fouit, quemadmodum ad Asturiam et Legionem urbem Ramirus Nugnes Gusmanus, qui Torali oppido, aliisque castellis uicisque per eam regionem imperitabat. Hic enim se ducem praebuit huius tractus popularibus, siue quod illorum publicam causam probabat, siue studens ueteribus factionibus, ut a comite Lunae, quem ab urbe Legione depulit, dissentiret. Fuerat autem comes Saluaterrae a consilio Torsillano omnis eius tractus, qui ab agro Burgensi usque ad Oceanum et Fonterabiam pertinet, dux et praeses constitutus, cuius impulsu hae regiones magna ex parte tumultuabantur, et praefecturae ueteris Castellae, quas Merindades appellant, a Comestabili, cuius erant in clientela, defecerant,et illius auctoritatem sequebantur. Is cum literas consilii,de quibus supra diximus, accepisset, praemittit ex suis, qui caetera tormenta,quae ex Fonterabia per terram deuehebantur,interciperent, ipse celeriter, coacta per Gonsalum Barahonam suum praefectum circiter decem millium armatorum manu, cum his in uallem Arratiam mouet, qua septem

2 Nugnes TR: Nugnez A . 3 Gusmanus TR: Guzmanus A . 8 Fuerat em. R: Erat T: Fuerat A . 15 literas fort. T: literas R: litteras A . 16 caetera TR: cetera A . 17 deuehebantur em. R: deferebantur T: devehebantur A . 18 Gonsalum TR: Gonzalum A

en Cantabria apoyaba tenazmente a la facción de los comuneros, como en Asturias y la ciudad de León hacía Ramiro Núñez de Gúzman, señor de Toral y otros fuertes y pueblos de aquella región: se ofreció a ser cabecilla de los comuneros de esta zona, bien porque aprobara su causa pública , o bien por inclinarse a las antiguas banderías para oponerse al Conde de Luna a quien expulsó de la ciudad de León. Pues bien, el Conde de Salvatierra había sido designado por la junta de Tordesillas general y gobernador de toda la zona comprendida desde el territorio de Burgos hasta el Océano y Fuenterrabía; por su impulso estaban estos territorios en gran parte sublevados y las comarcas de Castilla la vieja llamadas Merindades habían hecho defección del Condestable de quien eran vasallos, y se habían adherido a él. Este, luego que recibió las cartas de la junta de las que hablamos anteriormente, envía por delante a algunos de los suyos a interceptar la parte de la artillería que era transportada por tierra desde Fuenterrabía; él a su vez a toda prisa con unos diez mil soldados, que le había reclutado su lugarteniente Gonzalo de Barahona, se pone en marcha hacia el valle de Arratia, por donde se decía pasaba el con-

illa grauiora tormenta ad Bilbaum exposita a Sanctio Velasco cum praesidio conuehi nuntiabantur. Sanctius, cognito de comitis et tantae manus aduentu, cui par esse non poterat, tormenta uehiculis detracta reliquit, ipsa uehicula cum mulabus abduxit, quae causa fuit, ut comes tormenta, cum deuehere non posset, maleis ferrariarum, quae in propinquo erant, in frusta comminueret.

19. Erat comes Saluaterrae Victoriensi ciuitati, quae Alauae Cantabricae regionis uelut caput habetur, plurimum infensus. Haec enim ciuitas, quanquam initio popularium seditionum ancipiti consilio lababat, postea tamen in fide regis opera potissimum et auctoritate Iacobi Martini Alauae confirmata, suum officium proceribus studiose praestare perseuerauit, ac plurimum obfuit comitis conatibus, exorsa uidelicet a capto Antonio Gomecio Aiala. Hic enim in Cantabriam quasi praetor cum plena iuris dicendi facultate, utque Saluaterrae comitem eis regionibus praefectum ducemque da-

6 maleis TR: malleis A . 11 quanquam fort. T: quanquam fort. R: quamquam A

voy de los siete cañones de mayor calibre después de su desembarque en Bilbao, escoltado por Sancho de Velasco y un destacamento. Sancho enterado de la venida del Conde con una tropa tan grande a la que no podía equipararse, desmonta los cañones y los deja abandonados llevándose en mulas las cureñas; motivo por el cual, el Conde, al no poder transportar los cañones, los hizo pedazos con los machos de unas herrerías que había por allí cerca.

19. Se hallaba el Conde de Salvatierra sumamente irritado contra la ciudad de Vitoria, que está considerada como la capital de la provincia de Cantabria Alava. Pues, aunque al principio de las alteraciones de los comuneros esta ciudad se debatía en la duda, luego no obstante reafirmada en la lealtad al Rey por obra sobretodo e influjo de Jacobo Martín de Alava continuó afanosamente cumpliendo con su obligación para con los Grandes y obstaculizó en gran manera los intentos del Conde comenzando por el apresamiento de Antonio Gómez de Ayala. A éste lo había enviado a Cantabria la Junta de Tordesillas en calidad de Juez Mayor con plena jurisdicción y con la misión de hacer público el nombramiento del Conde de Salvatierra como

tum renuntiaret, ex consilio Torsillano missus ad comitem eundem uenerat, acceptisque ab eo custodiae gratia quinquaginta satellitibus, Victoriam oppidum contendit, ut ibi potissimum magistratum gereret, et consilii mandata exequeretur: quorum quaedam in Iacobum Martinum Alauam eius prouinciae magistratui praefectum, qui Deputatus patrio more nuncupatur, eiusque propinquos priuatim acceperat. Haec enim familia nobilis in primis eius ciuitatis ex omnibus, pertinacissime popularem causam oppugnabat, et ob eam rem primarii eius perduelionis nomine fuerant in consilio Torsillano damnati. Iacobus igitur Martinus tum sibi suisque, tum regiis rationibus metuens cauensque, coacta propinquorum amicorumque manu, Antonii Gomezii hospitium ante lucem obsidet, ipsumque in lecto nihil tale metuentem comprehendit, et in arcem Vernedi, cui Fernandus Alaua eius filius praeerat, custodiendum mittit, unde postea Valdolitum, ut causam pro se diceret, deductus est, damnatusque post reditum Caroli, atque capite multatus. Quae hominis captio comiti Saluaterrae

2 eundem TR: eumdem A . 5 exequeretur TR: exsequeretur A . 11 perduelionis TR: perduellionis A . 14 Gomezii TR: Gomecii A 20 multatus TR: mulctatus A

general y gobernador de aquellas provincias; después de presentarse ante él, se dirige con la escolta de cincuenta soldados, que le había puesto el Conde para su guardia, a la ciudad de Vitoria con el fin de ejercer principalmente allí su magistratura y poner en ejecución las órdenes de la Junta; entre ellas había recibido algunas en relación con Jacobo Martín de Alava, que desempeñaba el cargo que en lengua vernácula se denomina Diputado de aquella provincia, y con sus parientes:en efecto, esta familia, noble entre las primeras de la ciudad, era de todas ellas la que más tenazmente combatía la causa de los comuneros y por este motivo sus principales miembros habían sido declarados reos de alta traición por la Junta de Tordesillas. Jacobo Martin temiendo pues, y velando tanto por sí y los suyos como por los intereses del Rey junta un grupo de parientes y amigos y antes del amanecer pone cerco al lugar donde se hospedaba Antonio Gómez; cogiéndolo desprevenido en la cama lo prende y lo envía para su encarcelamiento a la fortaleza de Vernedo, de la que era alcaide su hijo Fernando de Alava; de allí fue conducido después a Valladolid para la celebración del juicio, y a la vuelta de Carlos fue declarado culpable y castigado a muerte. El apresamiento de este individuo

molestissima fuit, multumque ab ea ciuitate animum eius alienauit.

20. Dum igitur irae odioque Victoriensium indulget comes, ut ab his, praesertim ab Aluarum familia, poenas expeteret, cum ea, de qua dixi, manu signis infestis Victoriam contendit, et intermisso mille circiter passuum spatio, in planitie, quae Arriaga dicitur, consedit. Sed dum oppidum oppugnare parat, uiri duo religiosi, Abbas sanctae Piae, et Iacobus Arna Theologiae magister, monachus Dominicanus, comiti familiariter noti et accepti, ab oppidanis ad eum in castra legati de pace mittuntur. Comes pacem ciuitati aliter se daturum negauit, quam si Iacobus Martinus Alaua cum filiis et fratribus sibi dederetur, totaque ciuitas se Comestabilis imperio non amplius parituram polliceretur. Quo responso accepto, oppidani ab eodem Iacobo, ut protinus urbe cum suis decederet, impetrarunt, his submotis facilius comitis animum placari posse existimantes: nec ipsos opinio fefellit. Nam illis di-

---

5 expeteret TA: expecteret R . 6 infestis A: in festis TR . intermisso TA: inter misso R

enojó extremadamente al Conde de Salvatierra, que empezó a sentir una gran aversión por esta ciudad.

20. Dejándose, pues, llevar el Conde de su enojo y resentimientocontra los ciudadanos de Vitoria, con intención de vengarse de ellos, especialmente de la familia de los Alava, se dirige a Vitoria en son de guerra con el cuerpo de tropas de que hablé y, dejando en medio un espacio de alrededor de mil pasos, acampa en la llanura llamada Arriaga. Pero, mientras está haciendo los preparativos para el ataque, los ciudadanos le envían a su campo representantes para negociar la paz, dos religiosos, el abad de Santa Pía y el monje dominico, maestro en teología, Jacobo de Arna, íntimos conocidos ambos y estimados del Conde. Este respondió que no le concedería la paz a la ciudad, como no fuera que se le entregara a Jacobo Martín de Alava con sus hijos y hermanos y que la ciudad toda prometiera no obedecer en adelante el mandato del Condestable. Ante esta respuesta los ciudadanos consiguieron de este Jacobo que abandonara inmediatamente la ciudad con los suyos, en la creeencia de que estando éstos lejos podrían aplacar más fácilmente el enojo del Conde; y no se equivocaron,

gressis, Treuignumque Naiarensis ditionis oppidum migrantibus, pax ciuitati data est certis conditionibus; quarum illa fuit, ut portis patefactis comitis exercitus, signis militaribus explicatis, per urbem quasi uictor, sine iniuria tamen et maleficio transiret. Ita per portam Arriaguae immissum agmen, per alteram, quae sanctae Clarae cognominatur, a praefecto Gonsalo Barahona deductum. Nam comes ipse, urbe uitata, copiisque dimitti iussis, in uallem Quartangum oppidumque suae ditionis Andagoiam cum paucis contendit.

21. Interea, qui Treuignum secesserant Victorienses, ad Comestabilem auxilium aduersus comitem eundem postulatum mittunt, quo tempore Manricus Lara, stirpis maximus, missus ex Nauarra a patre duce Naiarensi cum militum ueterana manu, ad Comestabilem paulo ante opportunus peruenerat. Hunc Comestabilis iubet rogatque, ut cum eadem manu ad compescendos comitis Saluaterrae motus progrederetur; ex suis autem pedites quadringentos et equites centum praemittit, qui

---

2 data TA: dacta R . 5 maleficio TA: malefacio R . 7 a praefecto TA: apraefecto R . Gonsalo TR: Gonzalo A . 12 eundem TR: eumdem A

pues después de su marcha y traslado a Treviño, una plaza del señorío de Nájera, se le concedió la paz a la ciudad bajo determinadas condiciones: una de ellas fue que, abiertas las puertas de par en par, el ejército del Conde recorriera la ciudad con banderas desplegadas en aire de vencedor, aunque sin causar daño ni perjuicio alguno. Y así el ejército entró por la puerta de "Arriaga" y salió por la llamada de "Santa Clara" con su comandante Gonzalo de Barahona al frente, pues el Conde sin pasar por la ciudad y después de dar orden a la tropa de disolverse se dirige con unos cuantos al valle de Quartango, a Andagoya, una plaza de su domirio.

21. Entretanto los ciudadanos de Vitoria que se habían retirado a Treviño mandan a pedir al Condestable socorro contra el susodicho Conde, precisamente en el momento, en que muy a punto acababa de llegar a presencia del Condestable Manrique de Lara, el mayor de los hijos del Duque de Nájera, a quien enviaba su padre desde Navarra al frente de una tropa de soldados veteranos. El Condestable le ordena y le ruega que con esa misma tropa pase a reprimir los movimientos del Conde de Salvatierra; y de los suyos envía por delante a cuatrocientos soldados de a pie y cien de a caballo,

Pueblam cognomento Arganzonis progressis (quod castellum sub eiusdem Comestabilis imperio erat) eadem nocte quarta uigilia cum Iacobo Martino Alaua Andagoiam peruenerunt, ubi comes, exercitu ad Victoriam dimisso, securus agere nuntiabatur. Sed comes, quem eorum aduentus latere non potuit, conscenso equo, se fuga subtraxerat. Re igitur infecta, aedibus modo ipsius direptis et incensis, Pueblam reuertuntur. Postridie Manricus Lara cum peditum duobus millibus et equitibus quadraginta Treuignum peruenit, atque inde adiuncta ea, quae ad Pueblam erat, manu, insequente die Victoriam processit, oppidanisque in fide confirmatis, Saluaterram mouet; et id oppidum, cum citra contentionem recepisset, Iacobo Martino Alaue custodiendum tradit, praesidio ducentorum hominum attributo, Victoriamque reuertitur. Sed cum allatum esset, comitem ad uallem Quartangum manus cogere, eo Manricus suas copias deducit, quarum impetum comes intelligens a se sustineri non posse, in proximos montes sese suosque abdidit. Ille uero direpta ualle, et Andagoiae Mo-

13 cum RA: cum arce T . 14 recepisset em. R: recipit et T: recepisset A

que llegando a Puebla, por sobrenombre "del Arganzón", un fuerte de la jurisdicción del mismo Condestable, entraron esa misma noche antes del amanecer con Jacobo Martín de Alava en Andagoya, donde tenían noticia de que se hallaba tranquilamente el Conde después de licenciado el ejército en Vitoria. Pero el Conde, a quien no pasó inadvertida su llegada, había montado en un caballo y se había dado a la fuga. Fallido,pues, su intento y conformándose sólo con el saqueo e incendio de su palacio regresan a Puebla. Al día siguiente Manrique de Lara llega a Treviño con dos mil soldados de a pie y cuarenta de a caballo y de allí, después de habérsele incorporado la tropa que había en Puebla, pasa al día siguiente a Vitoria, y una vez reafirmados los ciudadanos en la lealtad se pone en marcha con dirección a Salvatierra; después de tomada esta ciudad sin resistencia de sus vecinos, le confía su defensa a Jacobo Martín de Alava asignándole una guarnición de doscientos hombres y regresa a Vitoria. Pero como hubiera corrido el rumor de que el Conde estaba concentrando tropas en el valle de Quartango, Manrique se encaminó allí con las suyas; y el Conde comprendiendo que no podía contener su ataque, se puso a cubierto a sí mismo y a los suyos en unos montes cercanos. Aquél, por su parte, después de devastar el valle e incendiar las

rillarumque arcibus incensis, in Merindades (quae praefecturae a Comestabili, ut docuimus, defecerant) conuersus, quatuor ex iis ad officium redire coactis, et incensa domo Gonsali Barahonae, ad Comestabilem reuertitur, qui profectionem in bellum popularium urgebat. Nam tres alias Merindades Gonsalus idem in amicitia et societate comitis continuit; unde in uallem Aialam ad comitem rediuit, qui manus ad recipiendum Saluaterram, oppugnandamque Victoriam, quae pacis conditiones uiolasse uidebatur, cogebat.

22. Cognito Victorienses comitis consilio, ad obsistendum sese comparant, habitoque censu, sexcenti homines, qui arma ferre possent, ex oppidanis reperti sunt, praeter milites ducentos, qui praesidio relicti fuerant. Submittuntur praeterea a Comestabili ex Faro et Puebla et sancto Vincentio, suorum finium castellis, pedites ducenti quinquaginta et equitum duae turmae. Summa belli in Cantabria gerendi ducibus duobus Martino Ruisio Auendagno, et Gomecio Gonsalo Buitro-

---

3 quatuor em. R: quattuor em. T: quatuor A . 4 Gonsali TR: Gonzali A . Barahonae TA: Baharonae R . 6 Gonsalus TR: Gonzalus A . 11 Cognito Victorienses TR: Victorienses cognito A . 12 sexcenti TA: sexenti R . 19 Ruisio TR: Ruizio A . Gonsalo TR: Gonzalo A

fortalezas de Andagoya y Morillas da la vuelta y se dirige a las "Merindades", comarcas, que, según dijimos, habían hecho defección del Condestable, y después de obligar a cuatro de ellas a volver al orden y de incendiar la casa de Gonzalo de Barahona, vuelve a presencia del Condestable, que estaba preparando afanosamente su partida a la contienda contra los comuneros. A las otras tres "Merindades" logró mantenerlas leales y afectas al Conde este mismo Gonzalo, que volvió de allí al valle de Ayala a presencia del Conde ocupado en reclutar tropas para recobrar Salvatierra e invadir Vitoria, por parecerle haber faltado a lo estipulado en las capitulaciones.

22. Los ciudadanos de Vitoria enterados del propósito del Conde se preparan para la resistencia; al realizar el cálculo, hallaron de los habitantes de la plaza a seiscientos hombres hábiles para el manejo de las armas, sin contar los doscientos soldados que habían quedado de guarnición. Además de eso les envía el Condestable desde Haro, Puebla y S. Vicente, fuertes de sus confines, un refuerzo de doscientos cincuenta soldados de infantería y dos escuadrones de caballería. El mando de las armas en Cantabria se le confió a dos capitanes de Cantabria, Martín Ruiz de Avendaño y Gómez

no Cantabris tradita. His Victoriam conuenientibus Iacobus Martinus Alaua ad Saluaterram, unde discesserat, tuendam reuertitur. Sed facta seditione, captoque ab oppidanis Fernando filio, ipse in arcem confugere coactus est. Hoc cognito, comes, quod plenius etiam atque uberius, quam res erat, a quibusdam ipsius studiosis oppidanis nuntiabatur, occasionem recipiendi castelli non praetereundam ratus, cum tribus circiter hominum millibus Quartango proficiscitur, et Duranam, uicum quatuor a Victoria passuum millibus, praetergressus, ipse cum expeditis aduolat, subsequente cum reliquis Gonsalo Barahona, et tertia uigilia ad Saluaterram improuisus adest, seque ab oppidanis sine contentione recipiendum esse ratus, suis Aialam conclamare iussis, portam, quae sancti Ioannis cognominatur, hasta pulsauit. Sed iam castellani cum praefecto Iacobo in gratiam ad officiumque rediuerant. A custodibus igitur equo uulnerato et nonnullis suorum amissis, reiectus est atque cedere coactus. Itaque prima luce accedente reliquo agmine, cum suis omnibus Bicugnam uicum con-

12 Gonsalo TR: Gonzalo A . 18nonnullis TA: non nullis R

González Buytron. Reuniéndose éstos en Vitoria, Jacobo Martín de Alava se vuelve a defender a Salvatierra, de donde se había marchado; pero en el motín que se suscitó los ciudadanos hicieron prisionero a su hijo Fernando y él se vio obligado a refugiarse en la fortaleza. Cuando esto llegó a oídos del Conde, referido por algunos ciudadanos secuaces suyos que le daban mucho mayor realce de lo que la cosa en sí merecía, pensando que no debía desaprovechar la oportunidad de recobrar su villa, sale de Quartango con unos tres mil hombres y después de dejar atrás Durana, una aldea a cuatro mil pasos de Vitoria, él se adelanta a todo correr con la tropa ligera y le sigue con el resto Gonzalo de Barahona; poco después de medianoche sin que nadie lo esperara se presenta en Salvatierra y suponiendo que los ciudadanos lo iban a recibir sin el menor reparo ordena a los suyos gritar "Ayala" y golpea con la pica la puerta llamada de "S. Juan". Pero los vecinos ya habían vuelto al orden y se habían reconciliado con el gobernador Jacobo, por lo que fue obligado a retroceder y a retirarse por los centinelas, que le hirieron el caballo y mataron a algunos de los suyos. Y así al amanecer incorporándosele el resto de la tropa se dirige con todos los suyos al

tendit, ubi factus certior de concordia praefecti cum oppidanis, uastata ad Exparnam uicum Iacobi Alauae possessione, et quinque eius domibus incensis, unde uenerat, reuerti coepit.

23. Hoc Victoriam nuntiato, Martinus Auendagnus cum reliqua manu, quae huc, uti demonstratum est, conuenerat, oppidanos etiam armatos educit, seque ad comitem praelio in itinere lacessendum comparat, praemissis cum Ochoa Asua, qui ponte, quo flumen praeterfluens ad Duranam committitur (hac enim comiti iter erat) obsiderent. Sed his pulsis, comes, cui ob paucitatem pares esse non potuerant, suos ponte cum traduxisset, aduersariorum equitatu iam extremos premente, constitit parumper quasi praelium commissuros. Sed aduersariis urgentibus, atque eminus stragem scloppetis edentibus, inclinatam suorum aciem uidens, se fugae mandauit, Gonsalo Barahona constanter resistente, ac suos clamoribus a fuga reuocante, donec a Gonsalo Valenzuela equitum praefecto (hic enim po-

3 domibus TA: dominibus R . 17 Gonsalo TR: Gonzalo A . 18 clamoribus a fuga TR: a fuga clamoribus A . 19 Gonsalo TR: Gonzalo A

pueblo de Bicuña, donde se le informó de la reconciliación del gobernador con los ciudadanos y después de devastar la hacienda de Jacobo de Alava en el pueblo de Exparna y meter fuego a cinco casas de su propiedad, emprende el regreso al sitio de donde había venido.

23. Cuando se supo esto en Vitoria, Martín de Avendaño junto con el resto de la tropa que, como ya se dijo, había acudido a esta ciudad saca a los ciudadanos también armados y se dispone a presentar batalla al Conde en el camino; envía por delante un destacamento al mando de Ochoa Assua encargado de bloquear el puente que hay en el río que corre por Durana por donde efectivamente tenía que pasar el Conde.Pero habiéndolos desalojado de allí el Conde gracias a la superioridad numérica de sus fuerzas, su gente pasó el puente y al picarle ya la caballería enemiga la retaguardia se detuvo por un instante como para presentar batalla. Pero viendo que sus tropas perdían terreno ante la carga de los enemigos y el estrago que hacían de lejos con los arcabuces, se da a la fuga, mientras Gonzalo de Barahona resistía tenazmente y trataba a gritos de hacer desistir a los suyos de la huída, hasta que peleando con Gonzalo Valenzuela, que mandaba la caballería (este fue

tissimum in eum inuectus fuit) pugnans, superatus et captus est. In eo praelio perpauci utrinque desiderati, parcente uicinis uicinorum humanitate. Capti ex populariбus circiter sexcenti, sed caeteris ut multitudini solet, data uenia, in ducem Gonsalum Barahonam laesae maiestatis damnatum animaduersum in foro est poena capitali.

24. Interea Comestabilis in Vaccaeos, ut cum Almiranto et Petro Velasco filio se coniungeret, proficiscitur, quem Ioannes Cerda Methymnae Salonis dux, huiusque maximus natu filius Ludouicus, et Bernardinus Cardenas, Cogolludi et Elchis Marchiones sequebantur. Praeterea Alfonsus Arellanus, Petrus Manricus, Rodericus Mendoza et Fernandus Bouadilla, Aguilaris, Osorni, Castri, Chinchonisque comites; item Antonius Padilla Castellae Adelantatus, Ioannes Rogius maximus natu filius Iacobi, qui non multo post factus est Pozae Marchio, duo quoque filii ipsius Comestabilis, Ioannes Touar et Bernardinus Velascus. Cum his igitur pro-

---

4 caeteris TR: ceteris A . 5 Gonsalum TR: Gonzalum A . laesae TA: lesae R . 10 Methymnae em. R: Metinae T: Methymnae A . 16 Rogius TR: Roxas A

principalmente el que cargó sobre él), fue vencido y hecho prisionero. En esta refriega fueron muy pocas las bajas de uno y otro bando, pues actuó de freno la clemencia de vecinos para con vecinos. Del bando de los comuneros se hizo prisioneros a unos seiscientos; pero mientras a los demás, como suele suceder con la masa, se les indultó, a su comandante Gonzalo de Barahona se le declaró reo de lesa majestad y se le castigó en la plaza con la pena capital.

24. Entretanto el Condestable marcha a territorio de los vaceos, con el fin de reunirse con el Almirante y Pedro de Velasco su hijo; le acompañaban Juan de la Cerda, Duque de Medinaceli, y su hijo mayor Luis, Marqués de Cogolludo, y Bernardino de Cárdenas, Marqués de Elche; además Alfonso de Arellano, Pedro Manrique, Rodrigo de Mendoza y Fernando de Bovadilla, Condes de Aguilar, Osuna, Castro y Chinchón respectivamente; y también Antonio de Padilla, "Adelantado" de Castilla, Juan de Rojas, hijo mayor de Jacobo, que poco tiempo después fue hecho Marqués de Poza, y además dos hijos del propio Condestable, Juan de Tovar y Bernardino de Velasco. Saliendo, pues, con és-

fectus Comestabilis, ex itinere Bezerrillum castellum, cui Laurentius Figueroa ducis Arquensis frater studens partibus popularium praeerat, expugnauit, ipsoque Laurentio capto, Pegnaflorem Vaccaeorum castellum non longe a Torlobatone, aduersariorumque castris peruenit, atque ibi consedit. De cuius aduentu caeteri regni praesides ac proceres certiores facti, equitibus ex Portilli castelli praesidio deductis, et ad Torsillas, reginamque Hadriano Cardinale et Bernardo Dianii marchione et Iacobo Rogia, qui Pueblae imperitabat, cum praesidio relictis, ipsi cum caetero equitatu Pegnaflorem proficiscuntur, seque eodem die cum Comestabili coniungunt. Inita postridie copiarum ratione, peditum haud amplius tria millia reperta, equites omnino mille octingenti: nam bona pars equitatus ad Symancas relicta fuerat, ut eo praesidio comes Ognati non modo castellum id ad bellum gerendum peropportunum custodiret, sed Valdolitensibus etiam immineret.

25. Tertio die, qui fuit ad nonum Cal.

---

3 ipsoque TA: ipoque R . 6 caeteri TR: ceteri A . 10 Rogia TR: Roxa A . 11 caetero TR: cetero A . 17 peropportunum A: per opportunum TR . 19 Cal. TR: Kalendas A

tos, el Condestable tomó de paso el fuerte de Becerril, regentado por el hermano del Duque de Arcos, Lorenzo de Figueroa, que estaba de parte de los comuneros y después de hacer prisionero al propio Lorenzo llega al fuerte de Peñaflor, no lejos de Torrelobatón ni del campamento enemigo y acampó allí. Informados de su llegada los demás Grandes y gobernadores del Reino sacan de la guarnición de Portillo la caballería y dejando en Tordesillas al lado de la Reina al Cardenal Adriano, a Bernardo Marqués de Denia y a Jacobo de Rojas, señor de Puebla, con un destacamento, ellos marchan con el resto de la caballería a Peñaflor y se reúnen ese mismo día con el Condestable. Al día siguiente se hizo recuento de tropas y se hallaron no más de tres mil soldados de a pie y en total mil ochocientos de a caballo, pues buena parte de la caballería había quedado en Simancas, para que con esa guarnición el Conde de Oñate no sólo guardara este fuerte situado muy estratégicamente para hacer la guerra, sino que también intimidara a los de Valladolid.

25. Al tercer día, esto es, el veintitrés de

Maii, anno Christi millesimo quingentesimo uigesimo primo, Ioannes Padilla, Torlobatone incenso, agmen peditum septem millium et equitum trecentorum educit, Taurumque contendit, ut in oppido copioso et omnium, quae ad bellum usui forent, facultatem habente, copiis auctis, de reliqua belli ratione deliberaret. De cuius profectione postquam in castra procerum nuntiatum est, praemissis expeditioribus equitibus, qui extremum agmen carpendo aduersarios morarentur, proceres cum reliquo equitatu non longo interuallo insequuntur, peditibus subsequi properareque iussis. Bis praelium committendi gratia agmen, acie instructa, Ioannes Padilla, urgentibus aduersariis, consistere iussit, primum transmisso torrente coenoso et transitu difficili, ut in eo impeditos aduersarios adoriretur, deinde occupato loco editiore. Sed utrobique caeterorum ducum concursu ac dehortatione prohibitus est, quibus properare magis placebat, et Villalare propinquum castellum, antequam aduersarii conuenirent, occupare. Ubi uentum est in planitiem, quae excipit ante Villalare, proceres at-

3 millium TA: milium R . 14 transmisso TA: trans misso R . 16 caeterorum TR: ceterorum A . 20 planitiem em. R: planiciem T:planitiem A

Abril del año 1521 d.C. Juan de Padilla saca de Torrelobatón después de haberle prendido fuego un ejército de siete mil soldados de a pie y trescientos de a caballo en dirección a Toro, con la intención de, una vez reforzadas allí sus tropas en una ciudad opulenta y en disposición de todo lo necesario para la guerra, discutir la manera de seguir organizando la misma. Así que llegó al campamento de los Grandes la noticia de su partida, éstos envían por delante a la caballería ligera para que entorpeciera a los enemigos picándoles la retaguardia; ellos marchan detrás a corta distancia con el resto de la caballería, después de haber dado orden a la infantería de seguirles a toda prisa. Por dos veces ordenó Padilla ante la carga de los enemigos detener la marcha y alineó el ejército en formación de combate con el fin de presentar batalla; la primera vez después de atravesado un torrente cenagoso y casi intransitable, con intención de arremeter contra los enemigos atascados en aquel lodazal, y la segunda vez, después de haber tomado posiciones en un promontorio. Pero en ambas ocasiones se encontró con la oposición y desacuerdo de los demás capitanes, que tenían por más acertado apresurar la marcha para llegar los primeros al fuerte de Villalar ya cercano, antes de que lo hicieran los contrarios. Cuando se llegó a la llanura que se extiende ante Villa-

que equites (nam peditatus longiore interuallo subsequebatur) acie instructa, in cuius dextro cornu praesides et reliqui proceres, in sinistro comes Farius curabat, infestis signis procurrunt.

26. Populares autem, qui adhuc ordinem diligenter seruauerant, castello appropinquantes, aduersariis prementibus, partim ad eos transiuere, partim Villalare, quanquam id castellum collapso muro parum poterat tegere receptos, temere ac sine imperio confugere. Pauci equites cum Ioanne Padilla, Petro et Francisco Maldonado et Ioanne Brauo restitere, qui certamen ineuntes a multis circumuenti, facile capiuntur. Ioannes Padilla, qui cum Petro Bazano uiro forti Valduernae Vice comite concurrerat, et ipsum ex equo deturbauerat, ausum leuioribus armis sese obiicere cataphracto, captus est ab Alfonso Cueua. Caeteros, tum equites, tum pedites dissipatos atque palantes, Farius comes cum parte equitatus quatuor millia passuum ultra Villalare consectatus est, magis ut terrorem iniiceret, quam ut ne-

4 infestis A: in festis TR . 8 quanquam fort. T: quanquam fort. R: quamquam A . 16 Caeteros TR: Ceteros A

lar, los Grandes y la caballería (la infantería venía a gran distancia) en formación de combate, dirigiendo el flanco derecho los gobernadores y demás señores, y el izquierdo el Conde de Haro se abalanzaron sobre él.

26. Por su parte los comuneros, que hasta entonces habían guardado una estricta formación, ante la proximidad del fuerte y el acoso de los enemigos, unos se pasaron al bando de éstos, otros corrieron a refugiarse sin orden ni concierto a Villalar, aunque poca protección podía ofrecer a los refugiados este fuerte con su muralla derruída. Con Juan de Padilla, Pedro y Francisco Maldonado y Juan Bravo se mantuvieron en su puesto unos pocos jinetes, que al entablarse el combate se vieron rodeados por muchos, y fueron fácilmente apresados. A Juan de Padilla después de batirse y derribar del caballo a Pedro de Bazán, Vizconde de Valduerna, un varón esforzado, que había tenido el atrevimiento de entrar en combate armado a la ligera con uno que lo estaba completamente, lo apresó Alfonso de la Cueva. A los demás, tanto jinetes como infantes, que andaban dispersos y en desbandada, el Conde de Haro los persiguió con la caballería hasta cuatro mil pasos más allá de Villalar, más por infundirles miedo que por realizar una masacre,

cem inferret. Nec enim aut huic, aut regni praesidibus perdere, uel imminuere populares cordi erat, sed conatus eorum impedire, ipsosque ad officium reuocare. Itaque hoc praelio et fuga ex popularibus quadringenti circiter caesi, ex altera parte uiginti admodum equites tenui fortuna desiderati. Postridie Ioannes Padilla, Franciscus Maldonadus, atque Ioannes Brauus proditionis damnati et ad idem castellum capite multati sunt. Qui cum ad necem ducerentur, praeconi clamanti eos fuisse morte condemnatos ob patratum crimen lesae maiestatis: "Mentiris", inquit Ioannes Brauus. Ad quem conuersus Padilla: "Quando", inquit, "Braue, ut uir fortis nobilisque pugnasti, fac ut pie et Christiane moriaris". Petrus uero Maldonadus et idem Pimentelus cognominatus, Beneuentano comiti pro cognato deprecanti datus est in custodiam; ea lege, ut magistratibus repetentibus ipsum sine mora restitueret.

27. Post praelium ad Villalare, sumptumque de popularium ducibus supplicium, praesides Symancas concesserunt, eoque Valdolitenses ad eos legatos pacem at-

---

1 Nec TR: Neque A . 8 multati R: mulctati TA . 11 lesae TR: laesae A . 15 cognato em. R: filio sororis T: cognato A . 18 sumptumque TR: sumtumque A . 19 supplicium TA: suplicium R

pues ni en su mente ni en la de los gobernadores del Reino estaba el aniquilar ni diezmar a los comuneros, sino obstaculizar sus intentos y hacerlos volver al orden. Y así en este combate y persecución cayeron de los comuneros en torno a cuatrocientos; del otro bando unos veinte jinetes como máximo tuvieron la mala suerte de causar baja. Al día siguiente Juan de Padilla, Francisco Maldonado y Juan Bravo fueron acusados de traición y ejecutados junto a este mismo fuerte. Cuando se les conducía al patíbulo, Juan Bravo le dijo al pregonero, que iba pregonando la sentencia por delito de lesa majestad: "Mientes". Padilla volviéndose hacia él le dijo: "Bravo, ya que has luchado como un hombre valiente y noble procura morir piadosamente como un buen cristiano". Pedro Maldonado, apellidado también Pimentel, fue entregado para su custodia al Conde de Benavente, que había intercedido por su pariente, a condición de que lo devolviera sin demora a la justicia en caso de reclamarlo.

27. Después de la batalla de Villalar y de la ejecución de los comandantes de los comuneros, se retiraron los gobernadores a Simancas, a donde despacharon los de Valladolid sus comisionados para pedir la paz

que ueniam oratum mittunt, quam facile uniuerso populo, exceptis qui principes seditionis inter eos fuerant, impetrarunt; cumque his legatis praesides, ac proceres Valdolitum agmine sequente procedunt. Hinc proceribus domum digressis, praesides legationibus, quae undique de pace mittebantur, benigne auditis, Methymnam Campestrem, atque inde Sagouiam contenderunt, et utrique oppido et caeteris populis et ciuitatibus, quae fuerant seditionis participes, petentibus uenia, qua conditione sibi Valdolitenses impetrauerant, data; et sic populari tumultui finis ad Castellam factus, praeter Toletanos, qui seditionem pertinacius ac diutius aluerunt.

28. Ea tempestate Ludouicus, cui Maria Caroli Caesaris soror germana nupserat, Bohemiae Ungariaeque regnum obtinebat. Huic Solymanus, qui non ita pridem in Turcarum imperium successerat, bellum intulit, et cum multis oppidis et castellis Ungariae Belgradum urbem, eius regni uelut arcem ad Danubii et Saui confluentem, expugnauit, eandemque opere muniuit et ualido praesidio firmauit.

---

6 Methymnam em. R: Metinam T: Methymnam A . 8 et caeteris TR: ac ceteris A . 14 Ungariaeque TR: Hungariaeque A . 15 Solymanus TR: Solimanus A . 17 Ungariae TR: Hungariae A

y el perdón; el indulto lo consiguieron sin dificultad para todo el pueblo, exceptuando a los cabecillas de la sublevación. Y con estos enviados los gobernadores y Grandes llegan hasta Valladolid con el ejército detrás. De aquí regresan los Grandes a su tierra; los gobernadores después de recibidas con ánimo conciliador las embajadas que llegaban de todos puntos en solicitud de paz, se dirigen a Medina del Campo y de allí a Segovia; a estas dos plazas y demás pueblos y ciudades que habían tomado parte en el levantamiento les concedieron el indulto solicitado, en los mismos términos que a los ciudadanos de Valladolid. Así se puso fin a la sublevación de los comuneros en Castilla, con excepción de Toledo, donde la sublevación fue mas tenaz y prolongada.

28. Por esta época ostentaba la corona de Bohemia y Hungría Luis, con quien se había casado la hermana del César Carlos María. Solimán, que se había hecho recientemente con el imperio de los turcos, le declaró la guerra y además de otras muchas plazas y fuertes de Hungría tomó la ciudad de Belgrado, bastión, por así decir, de este Reino en la confluencia del Danubio y el Savo, la fortificó y la dotó de una potente guarnición.

LIBER QUARTUS

S I N O P S I S

Invasión de Navarra por los franceses (1-3). Ataque frustrado a Logroño y a algunos pueblos (4-6). Batalla y prisión del general francés Asparroso (7-9). Continúa la sublevación de los toledanos (10). Lamentable final de los habitantes de Mora (11). Enfrentamiento de los toledanos con las tropas al mando de Antonio Zúñiga (12-19). Final de la sublevación de los toledanos; marcha de María Pacheco a Portugal (20). Toma de Fuenterrabía por los franceses (21-22). Rendición de la ciudadela de Behovia a los españoles y saqueo de S. Juan de Luz (23-25). Beltrán Cueva pone sitio a Fuenterrabía (26-28). Alianza entre el Papa León X y el Emperador Carlos en contra de Francisco, Rey de Francia (29-30). Las tropas de los aliados toman Milán, Parma y Placencia (31-35). Muerte del Papa León X (36). Continúa la lucha en el Milanesado; varias victorias sobre Lautrec (37-43). Las tropas imperiales toman y saquean Génova (44-47). Licenciamiento del ejército imperial, excluídos los españoles (48). El Emperador Carlos vuelve de Flandes a España y castiga a los promotores de la sublevación (49). Terremoto en Granada y Almería. Solimán se apodera de Rodas (50).

L I B E R Q U A R T U S

1. Franciscus Gallorum Rex, de Hispanorum intestino bello cum cognouisset, horum discordiam absentiamque Caroli suam occasionem ratus, hanc sibi praetermittendam non putauit, si posset Nauarram saltem recipere, eoque Henricum reducere, cognatum clientemque suum, filium Ioannis Regis Nauarrae, qui Ioannes Iulii Pontificis Maximi iudicio et decreto, propterea quod schismaticis fauisset, regno priuatus, armis uero Fernandi Catholici nostri Regis pulsus fuerat. Franciscus igitur, coacto exercitu peditum ex Vasconibus et Aquitanis octo circiter millium, equitum

4 praetermittendam TA: praetermitendam R

L I B R O C U A R T O

1. Cuando Francisco, Rey de los franceses, tuvo conocimiento de la guerra civil de los españoles, pensó que no debía desaprovechar la oportunidad que le brindaban la discordia entre éstos y la ausencia de Carlos, por si podía al menos recobrar Navarra y restituir en ella a Enrique, deudo y feudatario suyo, hijo del Rey de Navarra Juan, que, destituído del Reino por sentencia y decreto del Sumo Pontífice Julio bajo la acusación de haber apoyado a los cismáticos, había sido expulsado de él por los ejércitos de nuestro Rey Fernando el Católico. Así pues, Francisco, después de reclutado un ejército de unos ocho mil soldados de a pie procedentes de

uero quadringentorum quinquaginta, cum hoc Asparrosum magnae uirum auctoritatis, imperii summa delata, Pyrenaeum superare iubet et Nauarram a praesidio uacuam occupare, nec ullam praeterea rei bene gerendae occasionem omittere: compertum enim habebat, Antonium Manricum ducem Naiarensem, qui pro Rege, ut supra demonstratum est, Nauarram procurabat, deductum praesidium Inecho Castellae Comestabili, proceribusque auxilio aduersus populares misisse.

2. Dux autem idem, ubi de Gallorum aduentu cognouit, suspectam habens Nauarrorum inconstantiam, quorum plerosque rebus Gallicis et exacti regis filio studere sciebat, Sagouiam ad praesides per equos dispositos proficiscitur, eosque de Gallorum aduentu et Nauarrae periculo certiores facit,rogatque et obtestatur,ut,quando ipse ueteranarum cohortium praesidio eorum causa iussuque destitutus, Nauarra discedere coactus fuisset, maturarent iidem exercitum conficere, Nauarramque mittere, quo posset Gallis aduentantibus obsisti.

2 delata TA: de lata R . 4 bene gerendae A: benegerendae TR . 7 deductum A: de ductum TR

Gascuña y Aquitania y cuatrocientos cincuenta de a caballo, le ordena a Asparroso, hombre de gran prestigio, a quien había confiado el mando supremo, pasar al frente de él los Pirineos, apoderarse de Navarra que se hallaba sin guarnición, y no dejar pasar además ninguna oportunidad de obtener un éxito, pues estaba enterado de que Antonio Manrique, Duque de Nájera, que, según dijimos, gobernaba Navarra como Virrey, había sacado de aquí la guarnición para socorrer a Iñigo, Condestable de Castilla, y a los Grandes contra los comuneros.

2. A su vez este mismo Duque, cuando tuvo noticia de la venida de los franceses, presumiendo la deserción de los navarros, la mayor parte de los cuales, sabía, eran afectos a Francia y al hijo del Rey expulsado, marcha en silla de postas a Segovia, a presencia de los gobernadores, los informa de la venida de los franceses y del peligro que corría Navarra, rogándoles encarecidamente que, puesto que él se había visto precisado a marcharse de Navarra al verse privado por su causa y en cumplimiento de sus órdenes de la protección de las compañías veteranas, ellos por su parte se dieran prisa en reunir y enviar a Navarra un ejército, con el que poder hacer frente a los franceses, que ya venían

Praesides, nuntiis atque literis in omnes Castellae partes citra Orospedae iuga, Carpetanos a Celtiberis Areuacisque et Vettonibus dirimentia, et Nauarrae propinquas regiones dimissis, delectus haberi iubent; ac primum omnium Michael Ferrera praefectus arcis Pompelonensis, quem inter initia tumultus popularis Dux Naiarensis curae et administrationi tormentorum praefecerat, et cum ueteranis cohortibus auxilio proceribus miserat, Pompelonem properare et arcem praesidio firmare ac defendere iubetur. Dux autem ipse per paucos dies Sagouiae moratus, regreditur et ad Nauarrete suae ditionis castellum, passuum octo millibus a Logrogno, consistit, quod oppidum est ad Iberi ripam in confinio Castellae et Nauarrae proxime eum locum, ubi olim urbs Varia fuit.

3. Iam Galli, Pyrenaeo superato, Nauarram inuaserant, et cum caetera fere sine contentione, quocunque accessissent, tum ipsam Pompelonem urbem regni caput occupauerant. Nam milites circiter septingenti,

1 literis fort. T: litteris RA . 17 caetera TR: cetera A . quocunque fort. T: quocunque R: quocumque A

de camino. Los gobernadores envían cartas y despachos a todos los puntos de Castilla situados a esta parte de las cimas del Orospeda, que separan a los carpetanos de los celtíberos, arévacos y vetones,y a las zonas próximas a Navarra con la orden de reclutar gente; y antes que nada se le ordena a Miguel Ferrera, alcaide de la fortaleza de Pamplona, a quien desde los comienzos de la sublevación de los comuneros el Duque de Nájera había encargado la dirección de la artillería y lo había enviado en auxilio de los Grandes al frente de las compañías veteranas, darse prisa en llegar a Pamplona, fortificar la fortaleza con una guarnición y defenderla. El Duque por su parte, tras unos cuantos días de estancia en Segovia, regresa y se detiene en Navarrete, un fuerte de su jurisdicción a ocho mil pasos de Logroño, ciudad situada a orillas del Ebro en la frontera de Castilla y Navarra cerca de donde en otro tiempo estuvo la ciudad de Varia.

3. Ya los franceses, pasados los Pirineos, habían penetrado en Navarra y se habían apoderado casi sin resistencia de todos los lugares que habían encontrado a su paso, así como de la ciudad de Pamplona, capital del Reino. Pues los aproximadamente setecientos

qui fuerant per oppida in praesidium dispositi, Gallorum multitudini se pares esse non posse intelligentes, Logrognum sese receperant. Michael quoque Ferrera, haud diu sustentata oppugnatione, rebus desperatis, arcem Gallis dedidit, pactus modo sibi, suisque incolumitatem, facultatemque in Castellam cum signis militaribus explicatis transeundi.

4. His successibus elati Galli, Logrognum oppugnare, et, si hoc quoque successerit, interiorem Castellam penetrare parant,hortantibus etiam ad hoc per nuntios et literas Mariæ Pachieca,quam sublati mariti Ioannis Padillae maeror exagitabat, et Antonio Episcopo Zamorensi, qui per literas egisse non contentus, Nauarram ipse adire constituit, ut commodius coram Gallos cohortaretur, et dissensionis Castellanorum adhuc in Carpetania uigentis certiores faceret,et auxiliorum certiore spe ipsorum animis iniecta,ut Castellam inuaderent,dubitantes forsitan impelleret;qui cum Gallorum castris appropinquaret, quanuis sine comitatu et

11 literas fort. T: literas R: litteras A . Pachieca TR: Pacheca A . 12 maeror TR: moeror A . 13 literas fort. T: literas fort. R: litteras A . 19 quanuis fort. T: quanuis R: quamvis A

soldados que habían sido distribuídos como guarnición por las plazas, reconociéndose inferiores en número a los franceses, se habían refugiado en Logroño. También Miguel Ferrera después de resistir por poco tiempo el ataque, viéndose perdido, entregó la ciudadela a los franceses a cambio únicamente de salvar la vida él y los suyos, y de poder pasar a Castilla con las banderas desplegadas.

4. Los franceses ufanos de estos éxitos se disponen a atacar Logroño y, si esto también sale bien, a pasar al interior de Castilla, alentándolos asimismo a hacerlo por medio de cartas y misivas María Pacheco, a quien la aflicción por la muerte de su esposo Juan de Padilla traía exaltada, y el Obispo de Zamora, Antonio, que no contento con haber intrigado por carta decidió ir él a Navarra a alentar personalmente con más eficacia a los franceses, informarles de que en Carpetania aún tenía fuerza la revuelta de los castellanos e impulsarles a invadir Castilla, si acaso dudaban, infundiendo en sus ánimos mayores esperanzas de socorro. Cuando ya estaba próximo al campamento de los franceses,

uulgari ueste indutus, quo falleret obuios, incederet, tamen in traiectu Irueguae Logrognum praeterfluentis fluminis agnitus est a nostris militibus, captusque et Nauarrete delatus custodiae traditur; postea uero Symancas, ut in arce custodiretur, missus est.

5. Praesides Castellae, ut uenientium Gallorum conatibus obsisterent (nec enim de ipsorum consilio Castellam inuadendi dubitabatur) Petrum Velecium Gueuaram, quem toti officio Logrognum defendendi praeesse uoluerant, eo cum centum equitibus praemittunt. Quo paulo post Petrus Lassus Vega cum septuaginta, Franciscus Mexia cum quadraginta, Iacobus Flores Robles cum sexaginta equitibus affuerunt, et alii praeterea ex finitimis quotidie confluebant. Galli uero, quorum exercitus, Nauarrorum auxiliis accedentibus, ad peditum quatuordecim millia et equites sexcentos peruenerat, Logrognum uersus mouent, inque nemus, quod regium cognominatur, progressi, passuum octo millibus a Logrogno ad Iberum amnem castra ponunt, atque inde Logrog-

2 praeterfluentis A: praeter fluentis TR. 8 Velecium TR: Velezium A . 12 Flores TR: Florez A

a pesar de ir sin escolta y con un traje corriente para pasar desapercibido a los transeúntes, fue reconocido no obstante por nuestros soldados al pasar el río Iruega, que baña Logroño; se le detuvo y llevó a Navarrete para ponerlo a buen recaudo; después se le envió a Simancas para ser encerrado en la ciudadela.

5. Los gobernadores de Castilla para impedir los propósitos de los franceses, que se acercaban, -pues no se dudaba de su intención de invadir Castilla-, envían por delante hacia Logroño con cien jinetes a Pedro Vélez de Guevara, a quien habían querido encomendar completamente la misión de su defensa. Allí se presentaron poco después Pedro Lasso de la Vega con setenta jinetes, Francisco Mejía con cuarenta y Jacobo Flores Robles con sesenta, además de otros que cada día iban afluyendo de las inmediaciones. A su vez los franceses, cuyo ejército después de la incorporación de los refuerzos navarros había ascendido ya a catorce mil soldados de a pie y seiscientos de a caballo se ponen en marcha en dirección a Logroño y llegados al soto que llaman "real" asientan el campo a ocho mil pasos de Logroño junto al rio Ebro y desde allí infestaban el territorio logroñés con sus

nensem agrum incursionibus infestabant. Hinc oppido appropinquantes ad Franciscanorum coenobium tertio idus Iunii consederunt, tormentisque dispositis, muros quatere coeperunt, oppidanis fortiter cum praesidio propugnantibus. Galli, desperata expugnatione, cum de aduentu praesidum exercitusque cognouissent, discedentes Calagurrium uersus processerunt, urbem nec loco satis, nec opere munitam; de qua proceribus deliberantibus, deseri placeret in magna militum paucitate, an cum periculo defendi, uariantibusque sententiis postremo tamen constitutum est, ut cum Beltrano Cueua Ducis Alburquerquii filio stirpis maximo, qui huius sententiae in primis auctor fuerat, praesidium primo quoque tempore mitteretur. Is negotio libenter suscepto, cum mille ueteranis militibus et equitibus ducentis eodem die uespere profectus, itinere nullam noctis partem intermisso, albente caelo Calagurrium peruenit, moeniumque infirmitate animaduersa, ut hostem, qui in proximo consederat, oppugnatione deterreret, magno sclopetorum, tympanorum, tubarumque strepitu et clango-

---

7 Calagurrium TR: Calagurrim A . 11 postremo TA: prostremo R . 17 caelo em. R: celo T: coelo A . Calagurrium TR: Calagurrim A . 18 infirmitate TA: in firmitate R

correrías. Aproximándose desde este punto a la ciudad asentaron sus reales el once de Junio junto al monasterio de los franciscanos y dispuesta la artillería empezaron a batir las murallas; los ciudadanos y la guarnición se defendieron con bravura. Los franceses sin esperanza ya de tomarla y enterados de la venida de los gobernadores y el ejército levantaron el campo y marcharon hacia Calahorra, una ciudad no lo bastante bien fortificada ni emplazada. En el debate de los Grandes acerca de ella, sobre si se resolvía abandonarla dado el reducidísimo número de soldados, o bien defenderla corriendo un gran riesgo, a pesar de las encontradas opiniones que hubo, se acordó no obstante al final enviar cuanto antes una guarnición al mando del mayor de los hijos del Duque de Alburquerque, Beltrán de la Cueva, que había sido el principal impulsor de esta resolución. Este aceptó gustosamente el cargo y saliendo ese mismo día al atardecer con mil soldados veteranos y doscientos de a caballo marchó toda la noche sin pausa y al amanecer llegó a Calahorra, y advirtiendo la poca solidez de las murallas, con el fin de hacer desistir al enemigo, que estaba acampado allí cerca, de la idea de asediarla, aparentó que llegaba una guarnición aún más numerosa armando un gran estruendo y continuo estampido de ar-

re continuato, maioris etiam praesidii accedentis speciem praebuit.

6. Asparrossus, cum de aduentu eius et inducto praesidio cognouisset, Calagurrium oppugnandi consilio desistit, castraque mouet. Beltranus ab Alfarensibus oppido suo, quod hostis petere uidebatur, metuentibus, per literas et nuntios, ut subsidio sibi ueniret, exoratus est, et quo securioribus, nec opinantibus Gallis, qui medio itinere constiterant, transiret,multo iam die profectus est; sextaque fere hora feruente sole (erat enim mensis Iulius) castra praetergressus, nemine iter remorante, prius cum suis Alfarum intactus peruenit, quam plane hostes quid rei gereretur cognoscere,armaque ad pugnam expedire possent: qui nihil amplius morati et in Nauarram interiorem paruis itineribus regressi, ad Thaebas, passuum citra Pompelonem octo millibus, castra posuerunt.

7. Praesides autem imperatos milites, quorum un-

3 Asparrossus TR: Asparrosus A . inducto TA: in ducto R . 4 Calagurrium TR: Calagurrim A . 5 ab Alfarensibus em. R: Abfarensibus T: ab Alfarensibus A . 7 literas fort. T: literas fort. R: litteras A . est, et add. R: exoratus T: est, et A . 9 constiterant RA: constiterat T . 10 est add. R: profectus TA . -que add. R: sexta T: -que A . 11 praetergressus TA: praetergresus R . 12 remorante TA: remo+ante R . 16 Thaebas TR: Thebas A

cabuces, tambores y clarines.

6. Cuando Asparroso se enteró de su venida y de la entrada de una guarnición, desistió de su plan de atacar Calahorra y levantó el campo. Los habitantes de Alfaro, una plaza de dominio de Beltrán, contra la que al parecer se dirigía el enemigo, atemorizados le suplicaron por medio de cartas y avisos que acudiera en su ayuda; él, con el fin de pasar delante a los franceses, que habían hecho alto a la mitad del camino, cuando estuvieran más ajenos y tranquilos, salió ya muy avanzado el día y a mediodía más o menos con un sol que abrasaba, pues era el mes de Julio, dejó atrás los reales sin que nadie importunara su marcha, llegando con los suyos sin deterioro a Alfaro antes de que los enemigos se dieran exactamente cuenta de lo que se trataba y pudieran disponerse a luchar; y así sin más detención se volvieron sin apresurar la marcha al interior de Navarra y asentaron sus reales en Tebas a ocho mil pasos más acá de Pamplona.

7. Los gobernadores por su parte juntando los soldados llamados a filas, que les llegaban en pelotón

dique manus ad ipsos confluebant, colligentes, in agrum Logrognensem progrediuntur, ac ut bellum in Nauarra gerendum ab eo potissimum administrari uideretur, quem Carolus eius regni procurationi praeesse uoluerat, ducem Naiarensem copiis omnibus praeficiunt. Quae causa fuit, ut Petrus Velascus Farius comes domum rediret, ne priuatus bello interesset, qui nuper in exercitu summam imperii tenuisset. Caeterum Hadriano Cardinali ad Logrognum remanente, Comestabilis et Almirantus praesides non sibi ab exercitu discedendum, sed bellum communi consilio cum duce Naiarensi administrandum constituerunt, ad pontemque Reginae, quod castellum non procul a castris hostium aberat, celerius illorum opinione progressi consederunt, cum iam nostrorum exercitus ad peditum quindecim, equitum uero cataphractorum duo millia, et armaturae leuioris mille peruenisset. Tertio die, qui fuit pridie Calen. Iulii, motis castris, ad Squirozium uicum inter hostium castra, Pompelonemque consistunt. Quo cognito, Asparrosus castra Thebis mouet, acieque instructa Pompelonem uer-

---

2 Logrognensem TA: Logrogensem R . 8 Caeterum TR: Ceterum A . 17 Calen. TR: Kalendas A . 20 Pompelonem A: Pampelonem TR

de todas partes, avanzan hasta tierras de Logroño y para que se viera que la guerra en Navarra la dirigía principalmente el mismo a quien Carlos había querido encargar del gobierno de este Reino, dieron el mando de todas las tropas al Duque de Nájera; decisión que motivó que el Conde de Haro, Pedro de Velasco, volviera a su casa, por no intervenir en la guerra como simple particular, él que acababa de ostentar el mando supremo del ejército. Por otro lado, no obstante haberse quedado en Logroño el Cardenal Adriano, los otros gobernadores, esto es, el Condestable y el Almirante, acordaron que no debían abandonar el ejército, sino dirigir la guerra de común acuerdo con el Duque de Nájera, y una vez llegados a Puente de la Reina, con un fuerte no muy distante del campo de los enemigos, más rápidamente de lo que éstos hubieran pensado, acamparon allí, cuando ya nuestro ejército había ascendido a quince mil soldados de a pie, dos mil coraceros y mil jinetes armados a la ligera. Al tercer día, esto es, el treinta de Junio, levantan el campo y lo asientan en Esquinozic, un pueblo situado entre Pamplona y el campo enemigo. Enterado de ello Asparroso levanta el campo de Tebas y en formación de combate se dirige a Pam-

sus hoc animo contendit, ut, si per hostes liceat, se in oppidum cum exercitu recipiat; sin lacessatur in uia, praelium committere non recuset. Nostri uero, quibus parce commeatus et stipendia suppetebant, neutrum enim absente Carolo in illa rerum perturbatione, ac temporis breuitate satis prouideri potuerat, nullam dimicandi moram, si facultas esset, sibi interponendam rati, ad Noaium uicum,qua iter Galli Pompelonem direxerant, procedunt, ne si in urbem illi sese recepissent, bellum cum magno rerum nostrarum dispendio atque periculo traheretur; ac se triplici acie instructa iam appropinquantibus opponunt, quarum prima Cantabrorum erat; altera Vaccaeorum et Celtiberorum, regionumque finitimarum, in qua Iacobus Henricus curabat; tertia militum ueteranorum, quibus praeerat Gutierrus Quixada. Nam Comestabilis et Almirantus et dux Naiarensis nunc cum equitatu erant, qui paucis exceptis separatim constiterat, nunc extra ordinem, quae usui essent, imperando uagabantur.

8 Noaium em. R: Noainum T: Noaium A

plona con intención de, en caso de que los nuestros no se lo impidieran, meterse en la ciudad con el ejército, o bien, si se le presentaba batalla en el camino, no rehusarla. A su vez los nuestros, que disponían escasamente de víveres y dinero, pues ni de una cosa ni de otra se había podido hacer aprovisionamiento suficiente en medio de aquel confusionismo con la ausencia de Carlos y la premura de tiempo, pensando que no debían postergar la ocasión de luchar si la había, se adelantan hasta el pueblo de Noayo, por donde los franceses se habían encaminado a Pamplona, para evitar que, si aquellos se refugiaban en la ciudad, la guerra se prolongara con gran merma y riesgo por nuestra parte; y salen al encuentro de los que ya se aproximaban formados en triple fila, la primera de las cuales estaba compuesta de cántabros, la segunda de vaceos, celtíberos y poblaciones vecinas al mando de Jacobo Enríquez, y la tercera de soldados veteranos capitaneada por Gutierre de Quijada, pues el Condestable, el Almirante y el Duque de Nájera tan pronto estaban con la caballería, que a excepción de unos pocos se había apostado aparte, como iban de un lado para otro fuera de las filas dando las órdenes pertinentes.

8. Postquam intra teli iactum uentum est, Galli pugnam tormentis ineuntes, nonnullis prostratis, magnum terrorem nostris, praesertim nuper conscriptis, incusserunt (nam ueterani interriti praelium iniuerunt), ita ut Dux Naiarensis, qui in acie prima uersabatur, cum equitatus parte sub proximum collem ad uitanda tormentorum tela parumper declinare cogeretur; et acies Cantabrorum gentis alioqui pugnacissimae, quam potissimum tormenta petebant, ordine quidem seruato, pedem tamen referret. Quod Almirantus, uir statura breui, sed maximo tum animo, tum etiam consilio, animaduertens, equo admisso procurrit, magnaque uoce, "Quo tenditis", inquit, "milites? Proh pudor et ignominia, Hispaniaeque certa pernicies! Utrum uos, an hostem, quicum bellum geritis, ignoratis? Et hos Gallos esse nescitis a nostrorum minore numero saepe deuictos, atque concisos? quique nunquam antehac sine sua pernicie cum Hispanis contenderunt? An uos uni omnium a uirtute maiorum degenerastis, qui uestra cunctatione et gloriam et rem Hispanam perditum itis? Reuertimini per deum immortalem, et

2 nonnullis TA: non nullis R . 4 iniuerunt em. R: iniere TA
7 declinare RA: declinanare T . 17 nunquam TR: numquam A

8. Una vez que se pusieron a tiro, entablaron combate los franceses con su artillería y abatieron a unos cuantos, infundiendo un enorme pánico en los nuestros, sobretodo en los soldados bisoños (los veteranos entablaron combate sin dejarse intimidar) hasta el punto de que el Duque de Nájera, que iba en primera fila, se vio obligado a apartarse un poco con parte de la caballería a un cerro cercano para resguardarse del impacto de los cañones y la fila de los cántabros, un pueblo por lo demás muy belicoso, a quien apuntaban sobretodo las baterías, a retroceder aunque guardando su formación. En vista de ello el Almirante, un hombre de baja estatura, pero de gran inteligencia y energía, se adelanta a galope y les grita a grandes voces: "¿a dónde vais soldados? ¡qué vergüenza, qué ignominia, qué inevitable ruina para España! ¿No os conocéis a vosotros mismos o al enemigo con quien nacéis la guerra? ¿No sabéis que estos franceses han sido en multitud de ocasiones vencidos y destrozados por un número de gente nuestra inferior al de la suya y que nunca anteriormente han luchado contra los españoles sin pérdida para ellos? ¿Acaso vais a ser vosotros los únicos en desdecir del valor de nuestros antepasados, echando a perder con vuestra vacilación la gloria y el poderío español? Volved por el sempiterno Dios y conmigo a la cabeza lu-

me duce, atque in acie prima dimicante, optima spe concepta, in hostem irruite".

9. His dictis, militum confirmatis et accensis animis, ex equo descendere parantem centuriones prohibuerunt, clamantes: se non fugiendi gratia gradum referre, sed ut hostium tormentis, quibus multi nostrorum impune ac miserabiliter caderent, ipsi sua tormenta inuehentes opponerent, et pari conditione dimicarent. Ad haec Almirantus, "Non est", inquit, "iam tormentis opus, sed gladiis et hastis res cominus gerenda". Cantabrorum igitur acie conuersa, seque in Gallos referente, ac caeteris nostris equitibus et peditibus undique, sed ante omnes ueteranis cohortibus procurrentibus, praelium conseritur; hostilis equitatus magno impetu cum irruisset, ac per nostros irrupisset, tamen a maiore nostrorum equitum numero, qui transuectos inuaserant, circunuentus, magna ex parte conciditur, cum interim ad hostilia tormenta, quae primum omnium expugnanda sibi nostri constituerant, pe-

4 descendere TA: decendere R . 12 caeteris TR: ceteris A

chando en primera fila arremeted con la mayor confianza contra el enemigo".

9. Alentados y enardecidos los soldados con estas palabras, se disponía a desmontar del caballo cuando los oficiales se lo impidieron, gritándole que ellos no retrocedían con intención de huir, sino con la de traer también su artillería para batir a la del enemigo, que estaba haciendo a sus anchas un grande y lamentable estrago en los nuestros, y así luchar en igualdad de condiciones. A lo que replicó el almirante: "No hay ya necesidad de cañones, sino de espadas y picas para combatir cuerpo a cuerpo". Dándose, pues, la vuelta la columna de los cántabros y dirigiéndose contra los franceses, y cargando sobre ellos de todas partes el resto de nuestra caballería e infantería y en especial las compañías veteranas, se trabó combate. Como la caballería enemiga hubiera arremetido con gran ímpetu e irrumpido por entre los nuestros, la nuestra no obstante más numerosa la embistió, cuando ya se había internado la cercó y la deshizo en gran parte, mientras combatían encarnizadamente por todos lados las tropas de a pie para apoderarse de la artillería del enemigo, principal objetivo de los nuestros. Pero los franceses no pudien-

destres copiae acriter undique dimicarent. Caeterum Galli diutius nostrorum impetum ferre nequeuntes, amissis tormentis, in fugam uertuntur. In eo praelio captus est Asparrosus ipse dux, in fuga uero Tornaius, qui proximum ab illo auctoritatis locum in exercitu Gallorum obtinebat.

10. Duobus exercitibus, populari et Gallico, qui pacem Hispaniae solicitabant, breui tempore fusis atque deletis, nondum tamen Castellae quies reddita erat; adhuc enim Toletani tumultuabantur, addente animos magnitudine populi, atque urbis locique natura. Est enim Toletum totius Hispaniae natura munitissimum oppidum, quippe in loco edito, et magna ex parte praecipite, situm est, et undique fere cingente Tago; qua fluuius intermittit, muro firmissimo uallatur. Neque uero solum hac urbis munitione freti Toletani tumultuari non desistebant; sed etiam instigante Maria Pachieca illustri loco nata uiragine, erat enim filia Inechi Mendozae Tendillae comitis, quam amissi mariti

---

1 Caeterum TR: Ceterum A . 8 solicitabant RA: sollicitabant T . 10 adhuc TA: ad huc R . 18 Pachieca TR: Pacheca A

do resistir por más tiempo la embestida de los nuestros, dejan perder la artillería y emprenden la huída. En esta batalla fue hecho prisionero el propio general Asparroso y en la huída Tornayo, su lugarteniente en el mando de las tropas francesas.

10. A pesar de que los dos ejércitos que perturbaban la paz de España, el francés y el de los comuneros, habían sido deshechos y derrotados en un corto espacio de tiempo, sin embargo la tranquilidad no había vuelto aún a Castilla; pues los de Toledo andaban todavía sublevados, dándoles ánimo para ello lo populoso de la ciudad, así como el carácter peculiar de su emplazamiento. Toledo es, en efecto, por su naturaleza la ciudad mejor guarnecida de toda España, pues está situada en un terreno elevado y escarpado en gran parte, y el Tajo la circunda casi por todos lados y por donde no lo hace el río, la rodea una solidísima muralla. Pero los toledanos continuaban sublevados no sólo por la confianza que les inspiraban las defensas de su ciudad, sino también a instigación de María Pacheco, una mujer muy varonil de ilustre cuna -era hija de Iñigo de Mendoza, Conde de Tendilla- a quien la aflicción por la desgraciada

Ioannis Padillae et popularis calamitatis dolor exagitabat. Sed post digressum Ioannis Riberae, de quo supra memorauimus, quem Fernandus Sylua frater et multi uiri nobiles, cognati alii,pars amici earundemque partium, secuti fuerant, non nihil Toletani quieuerant, belli exitum, quod iustis exercitibus inter proceres et populares gerebatur, expectantes, donec Antonius Acugna Episcopus Zamorensis, de quo supra demonstratum est, ex Vaccaeis, castrisque popularium Toletum, in cuius pontificatum animum intenderat, ad oppidanorum animos maiore furore concitandos peruenit, qui Toletanorum segnitie castigata, quod Antonium Zugnigam equitum sancti Ioannis praefectum, Priorem uulgo dictum, impune uagari, et uicinos et amicos populos exagitare et inuitis leges imponere paterentur, negotium sibi deposcit illius conatus cohibendi; ciuitateque iubente, cum Toletanorum manu Iepes oppidum, unde illum, lacessendi reprimendique facultas fore uidebatur, contendit.

11. Antonius enim Zugniga initio ad se suaque-

2 Riberae TR: Riverae A . 3 Sylua TR: Silva A . 4 earundemque fort. T: earundemque R: earumdemque A . 7 expectantes TR: exspectantes A . 16 deposcit A: de poscit TR

pérdida de su marido Juan de Padilla y de los comuneros traía exaltada. A pesar de todo, tras la marcha de Juan de Ribera de que hablamos anteriormente, a quien habían seguido su hermano Fernando de Silva y un gran número de nobles, parientes unos, parte amigos y correligionarios, los toledanos se habían apaciguado un tanto en expectativas del resultado de la guerra sostenida con unos ejércitos en regla entre Grandes y comuneros, hasta que Antonio de Acuña, Obispo de Zamora, de quien se habló antes, vino de territorio de los vaceos, del campo de los rebeldes a Toledo, a cuya mitra aspiraba, a ensañar a los ciudadanos; después de reprender su apatía, pues consentían que Antonio de Zúñiga, Comendador, vulgo "Prior", de los caballeros de San Juan, anduviera por ahí a sus anchas, inquietando a los pueblos amigos y vecinos e imponiéndoles leyes contra su voluntad, él se ofreció a reprimir sus intentos, y de orden de la ciudad se dirige con un cuerpo de toledanos a la plaza de Yepes, desde donde parecía que había posibilidad de hostigarlo y tenerlo a raya.

11. Antonio de Zúñiga efectivamente desde un co-

tuendum, et clientes, quos non paucos habebat in Carpetania, in officio continendos, praesidio coacto cum finitimis, qui Ocagnam, Romerale, Guardiam et proxima loca tenent, tumultuantibus bellum gesserat, et multis magnisque incommodis affecerat; quippe eo tempore Morae, qui uicus magnus est, et arce munitus in agro Toletano, casus miserabilis accidit. Nam cum Morenses initio dissensionum consilium Toletanorum probarent, sequerenturque, tamen periculi denuntiatione et Antonii Zugniguae auctoritate permoti, in procerum regiamque fidem, dato iure iurando, redire coacti sunt; sed posteaquam ipsos nec partium studium, nec iuris iurandi religio satis in officio continebat, missa in eos est manus militaris, quae oppugnando, uel territando, furentes ad sanitatem reuocaret. Huius aduentu cognito, Morenses mulieribus, et inutilibus per aetatem ad pugnam uiris cum multa ueste ac supellectile in fanum coniectis, caeteri, sumptis armis, ad fossas, quas transuersas ad capita uiarum duxerant, constiterunt. Sed aduersariorum impetum ferre

---

11 iure iurando TR: jurejurando A . 13 iuris iurandi TR: jurisjurandi A . 18 coniectis TA: coiectis R . caeteri TR: ceteri A . sumptis TR: sumtis A . 20 Sed aduersariorum (ingruentium in eras.) R: Sed ingruentium aduersariorum T: Sed adversariorum A

mienzo, tanto para defensa personal y de sus haberes como para mantener la subordinación de los vasallos, que tenía en no corto número en Carpetania, había levantado gente y hecho la guerra a los pueblos vecinos sublevados, que eran Ocaña, Romeral, La Guardia y zonas próximas, y les había ocasionado muchos y grandes descalabros; como el desgraciado suceso que ocurrió por aquel entonces en Mora, un pueblo grande, guarnecido por un castillo en tierras de Toledo. En efecto, aunque al principio de las alteraciones los habitantes de Mora aprobaban y secundaban el dictamen de los de Toledo, inducidos sin embargo por la amenaza de peligro y por el respeto a Antonio de Zúñiga se vieron forzados a volver, bajo juramento, a la lealtad al Rey y a los Grandes. Pero una vez que se vio que no bastaban para mantenerlos en su palabra ni sus simpatías por el partido, ni el respeto al juramento, se envió contra ellos un pelotón de soldados para hacerlos volver de su arrebato a la cordura, bien por la fuerza bien por el miedo. Cuando se supo de su venida, los de Mora metieron en la Iglesia a las mujeres y a los hombres no aptos para la lucha por su edad junto con gran cantidad de ropa y enseres, y los demás con las armas en la mano se apostaron junto a las fosas con que habían cortado la entrada de las calles. Pero no pudiendo resistir el

nequeuntes, dissipati diffugiunt, parsque in fanum, de quo diximus, sese receperunt: arx enim non erat in ipsorum, sed in praefecti religiosi equitis ab eis dissentientis potestate. Aduersarii uero irrumpentes ad praedam conuersi, uacuasque domos offendentes, ad fanum, quo sua fere omnia Morenses contulisse reperiebant, concurrunt, obsidentque, et nisi deditio fiat, oppugnare parant; de cuius deditionis conditionibus dum per internuntios ageretur, scloppeti telo ab obsessis emisso unus obsidentium occiditur; quo caeteri irritati et accensi arida materia admota, subiectoque igne fores incendunt, ut eo terrore perculsi, sine pactione sese illi in potestatem permitterent. Sed foribus incensis, proxima materia impositi tabulati, quam tribunam nostri uocant, ignem celerrime concepit, unde in tectum, reliquamque materiam fuso incendio templum omne conflagrauit ; ita cum ab ea ianua ignis obstaret, et essent caeterae ualide ad obsistendum obtrusae, nec uspiam exitus pateret, omnes fere conclusi, numero supra quatuor millia, fumo et igne perierunt.

---

7 nisi TA: ni si R . 8 deditionis add. R: cuius T: deditionis A 9 internuntios TR: nuntios A . 10 caeteri TR: ceteri A . 13 illi add. R: sese T: illi A . 17 caeterae TR: ceterae A

violento ataque de los contrarios huyen a la desbandada, algunos fueron a refugiarse a la iglesia de que hemos hablado, pues la fortaleza no estaba en su poder, sino en el de su alcaide, un caballero de una orden militar, que no era de su mismo parecer. Por su parte los contrarios irrumpen en el pueblo dispuestos al saqueo; al encontrar las casas vacías corren hacia la iglesia, a donde se enteraron que los de Mora habían transportado prácticamente todas sus pertenencias, los cercan y amenazan con entrar a la fuerza si no se rinden. Mientras se estaba negociando por medio de comisionados la capitulación, un disparo de arcabuz de uno de los sitiados da muerte a uno de los sitiadores, con lo que los demás irritados y enfurecidos acarrean leña seca y le meten fuego a las puertas, para que aquellos aterrorizados se entregaran sin capitular. Pero al arder las puertas se incendió rápidamente la madera contigua del entarimado, que los nuestros llaman tribuna, y de allí se extendió el fuego al techo y demás partes de madera y se prendió todo el templo. Y así, como el fuego les impidiera salir por esta puerta y las demás estuvieran fuertemente atrancadas para la resistencia, no hallando por donde escapar, encerrados allí dentro perecieron prácticamente todos, en número superior a cuatro mil, por el humo y las llamas.

12. Hac agri Toletani parte Antonius pacata, Ocagnam uictor, fauente nobilitate, ingressus fuerat, ibique cum praesidio se continebat, donec Episcopus Zamorensis Iepes, quod oppidum abest ab Ocagna octo circiter millia passuum, cum Toletana manu peruenit. Tum uero incursiones utrinque fieri coeptae, et parua praelia uario euentu fiebant; caeterum de praelio ad Villalare, uictisque popularibus accepto nuntio, Episcopus Toletum sese recepit, cum paucis ante diebus ad eosdem Antonium Zugnigam et Ioannem Riberam a regni praesidibus summa belli in Carpetania gerendi delata fuisset, ut Ioannes Ribera citra, Antonius ultra Tagum ad meridiem militare imperium obtineret.

13. Toletani posteaquam de popularium mala pugna et Ioannis Padillae, caeterorumque ducum casu nunciatum est, nihilo magis ad sanitatem rediere, ac multo etiam magis tumultuabantur. Per id tempus Iacobus Lupus Pachiecus Scalonae Princeps, qui Villenae Marchio inani titulo dicebatur, cum cognomine filio, sanc-

---

1 Antonius pacata TR: pacata Antonius A . 9 recepit T: recipit RA:. 10 Riberam TR: Riveram A . 12 Ribera TR: Rivera A . 15 caeterorumque TR: ceterorumque A . nunciatum TR: nuntiatum A . 18 Pachiecus TR: Pacnecus A

12. Pacificada esta parte del territorio toledano, Antonio había entrado victorioso en Ocaña con el apoyo de la nobleza y allí se mantenía con una guarnición hasta que el Obispo de Zamora con el cuerpo de toledanos llegó a Yepes, una plaza a unos ocho mil pasos de Ocaña. Entonces uno y otro comenzaron a hacer correrías y se entablaron escaramuzas de resultado favorable ya a los unos, ya a los otros. Pero cuando llegó la noticia de la batalla de Villalar y de la derrota de los comuneros el Obispo se retiró a Toledo, pocos días después de haber confiado los gobernadores del Reino la dirección de la guerra en Carpetania a estos mismos Antonio de Zúñiga y Juan de Ribera, con la particularidad de que éste último ostentara el mando militar al lado de acá del Tajo y Antonio al lado de allá hacia el sur.

13. Una vez que les llegó a los de Toledo la noticia de la derrota de los comuneros y del desgraciado final de Juan de Padilla y demás capitanes, no por eso entraron en razón, sino que incluso estaban más soliviantados. Por esta época vinieron a sosegar a Toledo como vecinos y por tanto como conciudadanos y amigos, Jacobo Lope Pacheco, Príncipe de Escalona, a quien se designaba con el vano título de Marqués de Villena, con un hijo

ti Stephani comite, itemque Iacobus Cardenas Granatae praefectus (Adelantatum uulgo dicunt) qui postea Maquedae ducis titulo fuit auctus, Toletum, ut uicini, atque adeo ciues Toletani et amici, pacificandi gratia uenerunt; sed Toletani, dolum metuentes, coacta manu, Granatae praefectum adorti, comitatum eius armis et centum circiter triginta equis exuerunt, atque ipsum urbe excedere coegerunt. Tum uix a Pachieco propter eius auctoritatem abstinentes, comitem filium in popularium uerba iurare compulerunt; deinde Mariam Pachiecam furoris altricem atque ducem, ex domo quam habitabat, in sella, ut erat post mariti mortem atrata, sustulerunt et in arcem transportarunt.

14. Episcopus Zamorensis ad ingressum Iac. Pachieci Toleto discesserat, ut in Nauarram, Gallorumque castra, ut supra docuimus, opem oratum contenderet. Pachiecus igitur ne frustra niteretur, desperata Toletanorum sanitate, Scalonam, unde uenerat, reuertitur, ac omnes fere ciues, qui in aliquo numero et

8 Pachieco TR: Pacheco A . 11 Pachiecam TR: Pachecam A . 14 Iac. Pachieci TR: Jacobi Pacheci A. 17 Pachiecus TR: Pachecus A

de su mismo nombre Conde de Santisteban, y asímismo Jacobo de Cárdenas, gobernador de Granada (vulgo "Adelantado"), que después fue honrado con el título de Duque de Maqueda. Pero los de Toledo recelando algún engaño juntaron un pelotón de gente, asaltando al gobernador de Granada despojaron a su séquito de las armas y de unos ciento treinta caballos y a él lo obligaron a abandonar la ciudad. A continuación, dejando tranquilo a duras penas a Pacheco por su autoridad, a su hijo el Conde lo forzaron a jurar fidelidad a los comuneros. Luego a María Pacheca, promotora y fomentadora de aquel frenesí, tal y como estaba tras la muerte de su marido enlutada, la pusieron en un silla de manos y la transportaron desde la casa en que vivía al alcázar.

14. El Obispo de Zamora a la llegada de Jacobo Pacheco había abandonado Toledo para dirigirse, como dijimos anteriormente, a Navarra, al campo francés con el fin de recabar ayuda. Pacheco, pues, perdida la esperanza de poner en razón a los toledanos, para no insistir en vano, regresa a Escalona,de donde había venido, y prácticamente todos los ciudadanos de alguna con-

honore erant, discesserunt. Itaque omnia uulgi libidine et temeritate agitabantur, nec tamen ea aestate quidquam memorabile gestum, nondum obsidionem magnopere urgentibus aduersariis. Quorum Antonius Zugniga cum peditum tribus millibus quingentis et equitibus ducentis ad Iepes, Ioannes Ribera cum minore manu ad Illescas diuersi consederant, et utrinque in agrum Toletanum incursiones faciebant et obsidionem acrius urgebant, praesertim hyeme appetente; quo tempore Toletani, cum re frumentaria caeteroque commeatu premerentur, cibaria cum maiore suo periculo ex propinquis uicis petere cogebantur. Cuius rei gratia, cum egressi numero mille circiter ducenti per uiam sacram progrederentur Ioannes Ribera cum equitibus centum uiginti, quorum bona pars erant uiri nobiles, et expeditis sagittariis, sclopetariisque ducentis ueteranis militibus ex Baetica, Lucenaque oppido, potissimum ex iis qui sub Ludouici Camarensis marchionis imperio ad Oranum militauerant, fit uenientibus obuiam ad Olias, qui uicus abest a Toleto octo millia passuum. Nam cum

6 Ribera TR: Rivera A . 10 re frumentaria TA: refrumentaria R caeteroque TR: ceteroque A . 14 Ribera TR: Rivera A . 16 sclopetariisque TR: scloppetariisque A

sideración o categoría también se marcharon. Y así todo se regía por el capricho y temeridad del populacho, a pesar de lo cual no hubo en aquel verano suceso alguno digno de relatarse, los contrarios aún no habían estrechado excesivamente el cerco. De ellos cada cual se había apostado en un sitio: Antonio de Zúñiga en Yepes con tres mil quinientos soldados de a pie y doscientos de a caballo; Juan de Ribera con un contingente menor en Illescas; desde ambos puntos hacían sus correrías en el agro toledano y estrechaban cada vez más el cerco, sobre todo ante la llegada del invierno; en esta estación los toledanos viéndose precisados de trigo y demás provisiones, se veían obligados con gran riesgo por su parte a ir a buscar víveres a los pueblos vecinos. Como hubieran salido con este fin unos mil doscientos hombres y avanzaran por la vía sacra, Juan de Ribera les salió al encuentro en Olías, una aldea a ocho mil pasos de Toledo, al frente de ciento veinte jinetes, buena parte de ellos nobles, y doscientos soldados veteranos entre saeteros a la ligera y arcabuceros, procedentes de la Bética y de la ciudad de Lucena, principalmente de los que habían servido en Orán a las órdenes de Luis, Marqués de Camara. Pues habién-

pridie per exploratores de hoc Toletanorum consilio comperisset, reliqua manu, quae peditum erat ad mille quingentorum, subsequi iussa, cum equitatu et paucis, quos diximus, militibus, nocte processerat et opportuno loco constiterat.

15. His Toletani conspectis non tam ipsorum, qui aderant, timore deterriti, quam quod nuntium acceperant appropinquare subsequentem peditatum, retrocedere, seruato tamen ordine, coeperunt, extremos aduersariis equitibus carpentibus, et iaculatoribus ab utroque latere ex uineis impune agmen impetentibus et magnum detrimentum inferentibus.Hoc Toletum nuntiato, mille homines auxilio suis oppidani summittunt,quibus percunctantibus, fugientes Toletani timoris causam non tam in urgentes nunc hostes, quam in magnam subsequentem, et iam appropinquantem multitudinem conferebant, quare multo maior trepidatio per agmen exoritur. Hoc animaduerso , Ioannes Ribera , Fernandusque Sylua fratres haud sibi cunctandum esse constituerunt,

---

6 Toletani conspectis **scripsi** : Toletani cospectis TR: conspectis Toletani A . 18 Ribera TR: Rivera A . 19 Sylua TR: Silva A

dole informado el día de antes sus espías de este plan de los de Toledo, después de dar orden de seguirle al resto de la tropa, unos mil quinientos soldados de a pie, se había adelantado aquella noche con la caballería y los pocos soldados que dijimos y se había apostado en un lugar ventajoso.

15. Cuando los descubrieron los toledanos, disuadidos no tanto por miedo a los presentes, como por haber oído que se acercaba ya la infantería que venía detrás, comenzaron a retroceder, aunque en formación; la caballería enemiga picando a la retaguardia y los ballesteros disparando a sus anchas sobre la columna por uno y otro lado desde los viñedos hicieron un gran estrago. Cuando esto se supo en Toledo, los ciudadanos enviaron en auxilio de los suyos a mil hombres y a las preguntas de éstos últimos sobre el motivo de la huída respondían los otros que temían no tanto al enemigo que ahora los acosaba como a la gran multitud que venía detrás y ya estaba cerca, con lo que creció mucho más la alarma en las filas. Los hermanos Juan de Ribera y Fernando de Silva lo advirtieron y resolvieron por ello juntar sin

quin equitatu coacto, simul omnes magno impetu trepidantes adorirentur. Equitibus igitur irruentibus a tergo et iaculatoribus uno tempore ab utroque latere uehementius urgentibus,effusi iam citraque ordinem ac imperium oppidani fugere coeperunt. In ea fuga quingenti amplius eorum desiderati, et in his Chiaues quidam aurifex, qui uirtutis opinione magnam inter ipsos auctoritatem obtinebat, quique diebus superioribus Toleto cum trecentis hominibus egressus, ad Mascaraque uicum sexdecim passuum millia progressus, Alfonsum Caruaialem, qui ad eum uicum statiua cum centum equitibus habebat, nihil tale metuentem adortus, captum cum equitatu in urbem deduxerat.

16. Paucis diebus interiectis, Antonius Zugniga, cum peditum sex circiter millibus et equitibus quadringentis, ex Iepibus mouet, multis uiris nobilibus assectantibus; quorum principem locum obtinebant Petrus Gyron Gusmanus, frater ducis Methymnae Sidoniae, Iacobus Caruaialis , Gutierrus Lupus frater Ioannis Padi-

4 effusi em. T: effuse R: effusi A . 6 Chiaues TR: Chaves A . 11 equitibus TA: equitatibus R . 17 Gyron TR: Giron A . 18 Gusmanus TR: Guzmanus A . Methymnae A: Metinae TR

pérdida de tiempo la caballería y embestir todos a la vez con gran violencia mientras duraba el desconcierto. Acometieron, pues, por la espalda los jinetes y a un tiempo cargaron con más violencia por ambos lados los ballesteros, con lo que los ciudadanos en desbandada ya se dieron a la fuga sin orden ni concierto. En esta huída hubo que lamentar la pérdida de más de quinientos toledanos, entre ellos la de un orfebre, un tal Chaves, que por su fama de valeroso gozaba de gran reputación entre ellos, el cual habiendo salido pocos días antes de Toledo con trescientos hombres y llegado a Mascaraque, una aldea a dieciséis mil pasos, había cogido desprevenido a Alfonso de Carvajal, que tenía el cuartel general con cien jinetes en esta aldea y se lo había traído prisionero a la ciudad junto con la caballería.

16. A los pocos días con unos seis mil soldados de a pie y cuatrocientos de a caballo sale de Yepes Antonio de Zúñiga con gran acompañamiento de nobles, siendo los principales Pedro Girón de Guzmán, hermano del Duque de Medina Sidonia, Jacobo de Carvajal, Gutierre Lope, hermano de Juan de Padilla, y Pedro Nuñez Herrera,

llae, Petrus Nugnes Ferrera filius nothus Alfonsi Aguilarii fratris Gonsali magni. Antonius igitur in Toleti suburbana cum suis progressus, ad coenobium, Syslam dictum, castra posuit, ad locum usque quod saltum regis mauri dicitur pertinentia ; ex quo loco tormentorum telis oppidanos infestabat , et uiis omnibus obsessis ab ea parte fluminis frumentationibus et pabulationibus prohibebat.

17. His difficultatibus affecti Toletani, cum nuntiatum esset magnum pecudis numerum ab aduersariis compulsum paulo supra urbem ab eadem fluminis parte pabulari , per auersam egressi numero ad mille quingenti , Tagum , qui propter magnas hoc anno consecutas siccitates uado transiri poterat , ad locum , cui nomen est Villilla, traiecerunt, ac pecus agere, in oppidumque compellere coeperunt. Huius rei factus certior Antonius Zugniga cum equitatu et bona parte copiarum oppidanis occurrit ; sed hi non solum occurrentium impetum fortiter sustinuerunt , sed ut pedem etiam

---

1 Nugnes TR: Nugnez A . 15 Villilla TR: Velilla A . oppidumque TR: oppidoque A . 19 fortiter TA: forciter R

hijo bastardo de Alfonso de Aguilar, el hermano de Gonzalo el Grande. Antonio, pues, habiendo avanzado con su gente hasta los arrabales de Toledo asienta el campo junto al monasterio llamado "de la Sisla", campo que se extendía hasta el paraje que llaman "La Peña del Rey Moro", desde donde hostigaba a los ciudadanos con la artillería, y bloqueados todos los caminos les cortaba por aquella parte del río el aprovisionamiento de trigo y forraje.

17. Estaban los toledanos en estos apuros, cuando corrió la noticia de que los contrarios habían reunido un gran número de cabezas de ganado, que se hallaban pastando poco más arriba de la ciudad a este mismo lado del río; saliendo por la parte opuesta como unos mil quinientos atravesaron el Tajo, que debido a las grandes sequías de ese año estaba vadeable, por el paraje llamado Velilla y comenzaron a arrear el ganado y carearlo hacia la ciudad. Informado de lo cual, Antonio de Zúñiga con la caballería y buena parte de las tropas les salió al encuentro a los ciudadanos; pero ellos no sólo resistieron valerosamente el ataque de quienes les

referrent , coegerunt. Hoc in urbem nuntiato oppidani sublati sese qua proximum fuit frequentes effundunt, ad suisque opem ferendam alii, pars ad oppugnandum castra, defensoribus magnopere nudata, contendunt; qua re timor, et trepidatio aduersariorum animos tantopere incessit, ut undique fuga fieret,ipseque dux cum equitatu in castra primum reiiceretur, deinde ubi suos passim diffugientes cernit, sese fugae mandaret, donec a Petro Nugne, quem supra nominaui , reuocatus est.

18. Hic enim uir strenuus et fortis, qui centum equites ducebat, cum, sagitta transfixo brachio, curandi gratia ex praelio excedens in Syslam commodum peruenisset, accepto suorum fugae nuntio, nec spatio sagittam, quae magno erat ad pugnam impedimento, educendi dato , abscindi eam ex utraque parte iubet , ac uulnere raptim obligato, equo conscenso se prorripit, ducem uoce atque oculis inquirens. Quem ubi fugientem prospexit , aduolat , clamansque , et equitatum ac

---

5 qua re TR: quare A . 13 commodum TR: coenobium A . 17 prorripit TR: proripit A

salían al paso, sino que incluso los obligaron a retroceder. Al saberse esto en la ciudad, los ciudadanos envalentonados se echaron fuera en masa, cada cual por donde le cogió más cerca, dirigiéndose los unos a prestar ayuda a su gente, los otros a atacar el campo enemigo, prácticamente desprovisto de defensores, con lo que se apoderó de los contrarios un miedo y un desconcierto tal, que se produjo una huída generalizada y aun el propio comandante rechazado primero con la caballería hacia su campo, luego al ver a los suyos subir en desbandada, se dio a la fuga, hasta que Pedro Núñez, a quien ya mencionamos le hizo volver.

18. Este valeroso y esforzado caballero, que iba al frente de cien jinetes, cuando, por haberle sido atravesado un brazo por una flecha, retirándose del combate con idea de curarse, llegó oportunamente a la Sisla, al recibir la noticia de la huída de su gente, sin dar lugar a que le extrajeran la flecha, la cual le suponía un buen impedimento para la lucha, manda que se la corten por los dos extremos y, después de vendársele la herida a toda prisa, monta a caballo y echa a correr tratando de encontrar al comandante con la voz y la mirada. Cuando lo divisó huyendo, fue a su alcance a todo correr e interpelando a voz en cuello al comandante y

ducem, cum prope fuit, appellans: "Quo tenditis", inquit, "uiri nobiles? Tuque, dux inclyte, quo pergis? Non est ista nec ad uictoriam, nec ad laudem uia. Reuertere per deum immortalem, tuaque praesentia nondum plane dissipatos tuos confirma, et aduersarios ad castrorum praedam conuersos, collectis tuis, inuade. Facile, crede mihi, temere exultantes, ac sine imperio et ordine diuagantes superabis".

19. Quibus uerbis et auctoritate uiri facile reuocatus Antonius, collectoque equitatu, cum quingentis ueteranis militibus, qui locum non deseruerant, et nonnullis aliis in aduersarios irruit, et pugna redintegrata eos, cum paulisper ad torrentem, qui Syslam praeterfluit, restitissent, terga uertere coegit. Hoc praelio et fuga ex Toletanis trecenti circiter conciderunt, ac fere totidem capti, et in his Molanus causidicus, cuius maxima tunc erat inter oppidanos bellicis etiam in rebus auctoritas: ex his alteris pauci desiderati. Petrus Gusmanus, dum cupidius fugientes insectatur, circum-

---

2 inclyte TR: inclite A . 7 exultantes TR: exsultantes A . 11 nonnullis A: non nullis TR . 13 praeterfluit em. R: praeter fluit T: praeterfluit A

a la caballería, así que estuvo cerca, les dijo: "¿A dónde vais, nobles caballeros? y tú, insigne comandante, ¿a dónde te diriges? No es ése el camino que lleva al triunfo ni a la gloria. Vuelve por el sempiterno Dios y con tu presencia alienta a los tuyos aún no dispersos del todo, reúne a tu gente y carga sobre el enemigo ocupado en saquear el campamento. Créeme, lo vencerás fácilmente, pues anda por ahí en tropel y sin orden ni concierto".

19. Estas palabras y el prestigio de quien las pronunció disuadieron fácilmente a Antonio, que reuniendo la caballería se precipitó contra el enemigo con quinientos soldados veteranos que no habían abandonado el sitio, y algunos otros, y reanudada la lucha obligó a los contrarios a volver la espalda tras una corta resistencia que hicieron junto al torrente que pasa por Sisla. En este combate y en la huída cayeron del bando de los toledanos unos trescientos y otros tantos fueron hechos prisioneros, entre ellos el abogado Moyano, que gozaba entonces de un considerable ascendiente entre los ciudadanos, incluso en materia de guerra. En el otro bando hubo que lamentar pocas víctimas. A Pedro de Guzmán, que iba ansiosamente a la caza de los fugitivos, ésto

uentus comprehensusque ab eis est , ac in urbem deductus.

20. Hac accepta calamitate Toletani, iam suis rebus diffidentes, de pace, quam adhuc repudiauerant, cogitare, missisque legatis ad Antonium Zugnigam , deinde ad regni administratores, de pacis conditionibus agere coeperunt, quas illi aequas et libenter tribuerunt. Earum summa fuit, ut Toletanis publice omnia superioris temporis errata, sine exceptione, nomine et auctoritate regis condonarentur; iidem ex more magistratus acciperent, et imperata facerent; illud quoque nominatim adiectum, ut Ioannis Padillae liberis paterna bona publico decreto confirmarentur. Igitur circa Nouembris Calendas, magistratibus acceptis, praefectoque urbi Gabriele Merino Archiepiscopo Barri, qui paulo post Episcopus Gienensis et Ecclesiae Romanae Cardinalis factus est, Maria Pachieca ex arce in domum soceri migrauit,armaque publice sunt deposita, ac ex digressis ciuibus plerique redierunt. Plebs tamen turbulento-

6 deinde A: de inde TR . 14 Calendas TR: Kalendas A . 15 urbi TR: urbis A . 17 Pachieca TR: Pacheca A

lo rodearon y apresaron y lo condujeron a la ciudad.

20. Después de sufrido este descalabro, los toledanos desconfiando ya de sus posibilidades, empezaron a pensar en la paz, que hasta entonces habían rechazado, y a tratar, mediante comisionados que enviaron a Antonio de Zúñiga y posteriormente a los gobernadores del Reino, de las capitulaciones, que aquellos les otorgaron de buen grado y con equidad. En esencia éstas se redujeron a que a los toledanos se les perdonaría oficialmente en nombre del Rey y por su autoridad todas sus faltas de época pasada, sin excepción, y que ellos a su vez admitirían como tradicionalmente a los magistrados y cumplirían sus órdenes; y a ésto también se añadió expresamente que a los hijos de Juan de Padilla se les aseguraría por decreto oficial la posesión de los bienes de su padre. Así pues, sobre principios de Noviembre, admitidos los Justicias y como gobernador de la ciudad al Arzobispo de Barro, Gabriel Merino, que poco después fue nombrado Obispo de Jaén y Cardenal de la Iglesia Romana, María Pacheco se cambió del alcázar a la casa de su suegro, las armas fueron públicamente depuestas y volvió gran parte de los ciudadanos que se habían ausentado.No

rum hominum non ante Februarium mensem consequentis anni , et Mariae discessum , a nouis consiliis et conuentibus agitandis quieuit; nec ipsa Maria, ut Toleto discederet, prius animum induxit, quam arma , quae domi habebat, magistratibus tradere coacta est, et sine satellitibus habitare iussa; tunc enim, suae uidelicet saluti metuens,ueste in speciem rusticae mulieris mutata,conscenso mulo,cum uno duntaxat comite ante lucem urbe digressa in Pueblam montis Albani ad Alfonsum Tellem, inde Scalonam ad Iacobum Pachiecum , eidem oppido imperitantem, cognatos et affines, contendit ; a quibus , ut se parum libenter , grauiores scilicet inde molestias, et damna metuentibus, excipi uidet, cum paucis comitibus in Portugalliam ire perrexit; ubi post aliquot annos uitam cum morte commutauit. Hac digressa, Ioannes Ribera Toletum intrauit, magistratuumque tum potentia , tum auctoritas inualuit; ac de seditiosis quibusdam hominibus , qui ciuitatis pacem post acceptas conditiones solicitauerant, legitimo supplicio sumpto, res Toletanae ad pristinum

---

7 in speciem A: inspeciem TR . 8 duntaxat TR: dumtaxat A .
10 Pachiecum TR: Pachecum A . 16 Ribera TR: Rivera A .
18 de seditiosis A: desaditiosis TR . 20 sumpto TR: sumto A

obstante, la banda de agitadores no cejó en su empeño de sublevación y de celebrar juntas antes del mes de Febrero del año siguiente en que se marchó María; ni ésta se decidió a dejar Toledo, antes de que los Justicias la obligaran a entregar las armas que tenía en su casa y le ordenaran despedir su guardia; entonces efectivamente, temiendo sin duda por su vida, disfrazada de labradora, montó en un mulo y salió de la ciudad antes del amanecer con el acompañamiento de una sóla persona encaminándose a Puebla de Montalbán, a casa de Alfonso Téllez, y de allí a Escalona, a casa de Jacobo Pacheco, señor de aquel pueblo, ambos deudos y parientes suyos; pero cuando advirtió el poco agasajo con que la recibieron éstos, temerosos sin duda de que se derivasen de ahí inconvenientes y daños mayores, prosigue su camino con unos pocos acompañantes hacia Portugal, donde falleció pocos años después. Luego que se hubo marchado, Juan de Ribera entró en Toledo y se restableció el poder y autoridad de los Justicias; y después de legalmente castigados algunos revoltosos, que habían perturbado la paz de la ciudad con posterioridad a las capitulaciones, Toledo volvió a su antiguo

statum et tranquillitatem redierunt.

21. Interea Rex Gallus , exercitu reparato , si qua ratione posset incommodum ad Nauarram acceptum aliqua ex parte sarcire, his copiis Almiralium praeficit,et quid fieri uellet,ostendit. Hic, exercitu in Cantabriam inducto, Fonterabiam Hispanae ditionis oppidum in Oceani littore ad radices Pyrenaei montis obsidione cingit. Iacobus Vera praesidii praefectus, haud ita diu sustentata obsidione, posteaquam nec ab Hispaniae praesidibus, propter inopiam rei pecuniariae superioribus bellis per absentiam Caroli contractam , subsidium mittebatur, et commeatus puluisque tormentarius parce suppetebat ; oppidum his conditionibus dedidit, ut praesidiarii milites cum ipso praefecto armati , explicatisque signis militaribus , per media Gallorum castra discederent; oppidanis uero liberum esset siue manere cum suis quisque rebus, siue quocunque animus inclinaret , discedere mallent ; cuius praefecti mollitiam animi, et calamitatum intolerantiam, oppidani pos-

---

2 Rex Gallus TR: Gallorum Rex A . si qua TR: siqua A . 3 incommodum A: in commodum TR . 4 Almiralium TR: Almirallium A . praeficit T: praefecit RA . 6 Fonterabiam TA: Fonterrabiam R . 7 Pyrenaei A: Pyraenei TR . 15 Gallorum TA: Gollorum R . 17 quocunque fort. T: quocunque R: quocumque A . 18 mollitiam em. R: molliciam T: mollitiam A . 19 intolerantiam TA: in tolerantiam R .

estado y tranquilidad.

21. Entretanto el Rey francés rehizo su ejército para ver si podía por algún medio contrarrestar en parte la derrota sufrida en Navarra; el mando de estas tropas se lo confía a su Almirante y le muestra qué quiere que se haga. Este introduce el ejército en Cantabria y pone sitio a Fuenterrabía, una plaza de dominio español en la costa del Océano al pie de los montes Pirineos. Su gobernador militar Jacobo de Vera sin sostener mucho tiempo el asedio, dado que los gobernadores de España no le enviaban socorro por la penuria económica contraída en las guerras anteriores a lo largo de la ausencia de Carlos, y que no disponía de gran cantidad de provisiones ni de pólvora, capituló la rendición de la plaza en los siguientes términos: que los soldados de la guarnición junto con su comandante saldrían armados y con las banderas desplegadas por medio del campo de los franceses; y a los ciudadanos por su parte se les permitiría escoger entre quedarse allí con sus pertenencias respectivas, o bien marcharse cada cual a donde quisiera. Esta debilidad de carácter del gobernador y su poca capacidad de aguante de la adversidad la recriminaron des-

tea cum lacrymis, et uicini Cantabri , Guipuscoani dicti, cum indignatione apud Comestabilem et Almirantum Castellae praesides ad Victoriam urbem (huc enim processerant) uehementer incusabant.

22. Praesides,cognita Fonterabiae deditione, ne latius id malum serperet, Beltranum Cueuam , quem bello Nauarrico superiore egregia tum uirtutis, tum etiam consilii documenta praebuisse docuimus, imperii ad eas regiones summam obtinere iubent, et cum peditatu equitatuque , qui ad Victoriam aderat, Sanctum Sebastianum properare, et id oppidum Guipuscoae Cantabricae prouinciae primarium, quod mox Galli petituri putabantur,tueri. De huius aduentu Almirallius cum cognouisset, ulterius procedendum non putauit ; sed firmo praesidio Fonterabia , uicinisque castellis munitis, domum reuertitur. Hoc nuntiato, Castellae praesides suas etiam ipsi copias dimittere constituunt , praeter mille pedites,equitesque ducentos,centum cataphractos, totidem leuioris armaturae , quo praesidio

---

1 Guipuscoani A: Lipuscoani TR . 5 Fonterabiae TA: Fonterrabiae R . deditione em. R: diditione T: deditione A . 6 ne latius TA: nelatius R . 15 Fonterabia TA: Fonterrabia R

pués los ciudadanos con lágrimas y sus vecinos cántabros, llamados Guipuzcoanos, con indignación ante los gobernadores de Castilla, el Condestable y el Almirante, en la ciudad de Vitoria, hasta donde se habían acercado.

22. Los gobernadores, al tanto ya de la rendición de Fuenterrabía, para que este mal no tomara mayores dimensiones, le ordenan hacerse cargo del mando militar supremo en aquellas provincias a Beltrán de la Cueva, de quien ya dijimos que en la última guerra de Navarra había dado excelentes pruebas tanto de valor, como también de sagacidad, marchar a toda prisa a San Sebastián con la infantería y la caballería que había en Vitoria y defender esta ciudad, la principal de la provincia cantábrica de Guipúzcoa, que se pensaba sería el próximo objetivo de los franceses. Enterado de su venida el Almirante francés no creyó conveniente seguir adelante, sino que se volvió a su tierra después de dejar bien guarnecida a Fuenterrabía y fuertes vecinos. Cuando los gobernadores de Castilla lo supieron, decidieron licenciar ellos también sus tropas, exceptuando a mil soldados de a pie y doscientos de a caballo, cien coraceros y otros tantos armados a la ligera, con el fin

Beltranus Cueua Sanctum Sebastianum et circumiectam regionem obtineret, et a Gallorum incursionibus tueretur; quod ille munus, libenter susceptum, strenue ac diligenter administrauit.

23. Erat non procul a Fonterabia arx Beobiae dicta, quam Galli eodem tempore cum occupassent, praesidioque tenerent, quia tamen plus dispendii, quam commoditatis ad bellum gerendum habitura uidebatur, demoliri constituerant. Hoc per exploratores perlato, Beltranus, qui arcem non spernendam putabat; quoniam ipse tertiana febricula laborabat, Ludouicum fratrem, cum milite praesidario et tumultuaria manu properare iubet, et arcem, quae negligenter custodiebatur, tentare. Hoc ille diligenter administrato, arcem sine certamine per deditionem recepit; quo nuntio commoti Galli, et arcis, quam contempserant, desiderio incensi, tumultuario delectu manus cogunt, et Germanos mille quingentos, quos Almirallius discedens in confinio regnorum collocauerat, ex praesidiis deducunt. Hoc co-

---

5 Fonterabia TA: Fonterrabia R . Beobiae TR: Beoviae A . 15 per deditionem A: perdeditionem TR . 16 contempserant TR: contemserant A

de que Beltrán de la Cueva ocupara con tal guarnición San Sebastián y zona circundante defendiéndole de las correrías de los franceses, cargo que aceptó de buen grado y desempeñó activa y puntualmente.

23. No a mucha distancia de Fuenterrabía se encontraba la ciudadela llamada de Behovia, que aunque en poder por esa época de los franceses y ocupada por una guarnición, se hallaban no obstante resueltos a demolerla, porque al parecer les iba a ocasionar más gastos que utilidad para la guerra. Informado por los espías de esta resolución, Beltrán que no consideraba desdeñable la ciudadela, y puesto que él se hallaba aquejado de fiebres tercianas, le ordena a su hermano Luis marchar inmediatamente con los soldados de la guarnición y los que se pudieron reclutar a toda prisa y tratar de adueñarse de la ciudadela, cuya defensa estaba bastante descuidada. Aquél ejecutando puntualmente su encargo, se apodera de la ciudadela, que se le rindió sin oponer resistencia. Los franceses sobrecogidos por esta noticia y apeteciendo ardientemente la ciudadela que antes habían desdeñado, reclutan gente a toda prisa y sacan de las guarniciones a mil quinientos germanos, que el Almirante francés al retirarse había colocado en la frontera entre ambos Reinos. Enterado de ello Luis de

gnito, Ludouicus Cueua Beltranum certiorem facit, et sui caeterorumque praefectorum consilii esse docet, ut arx, quae sine magno praesidio, magnisque impensis defendi nequeat, solo aequetur, ne deserta hostibus usui esse possit. Beltranus, suorum improbato consilio, quippe quod Gallorum uoluntati de arce subruenda suffragabatur, iam se morbo remittente, dehortantibus Medicis, tamen cum paucis accurrit, ut quae arci defendendae contra Gallorum impetum usui essent, imperaret; situque et loci natura considerata, praesidium relinquit, et Ochoa Assua praefecto, si lacessatur, sustinere, seque cum subsidio eo triduo expectare iusso, in prouinciam interiorem, Gallis aduentantibus, reuertitur, et popularibus ad arma uocatis, et in ea temporis angustia trecentorum circiter hominum coacta manu, cum hac praetereaque militibus septingentis et equitibus centum sexaginta in hostes mouet; iam enim anno pene elapso, bona pars militum propter stipendium perparce suppeditatum discesserat.

24. Galli arcis oppugnationem, tormentis ad-

---

2 caeterorumque TR: ceterorumque A . 12 expectare TR: exspectare A . 17 pene TR: poene A . 18 perparce TA: per parce R . 20 admotis A: ad motis TR

la Cueva informa a Beltrán y le participa que tanto él como los demás oficiales eran de la opinión de que, ante la imposibilidad de defenderla a no ser con una guarnición enorme y grandes gastos, la ciudadela debía ser demolida, para evitar que se aprovechara de ella el enemigo, si la dejaban abandonada. Beltrán desaprobó la propuesta de los suyos, pues en realidad venía a coincidir con el deseo de los franceses de demoler la ciudadela, y estando ya cediendo la enfermedad, aunque contra el dictamen de los médicos, acudió rápidamente con unos pocos a dar las órdenes pertinentes para la defensa de la ciudadela contra el ataque de los franceses; y una vez examinadas las características del lugar y su emplazamiento lo dejó guarnecido, y habiendo dado orden al comandante Ochoa Assua de resistir en caso de ser atacado y esperarlo a él que vendría allí con refuerzos en tres días, regresa al interior de la provincia, cuando ya se acercaban los franceses; llamando a los civiles a las armas y reclutada con tal premura de tiempo una tropa de unos trescientos hombres, con ella y setecientos soldados y ciento sesenta jinetes se pone en marcha contra el enemigo; en efecto, transcurrido ya casi el año, buena parte de los soldados habían abandonado por lo exiguo de la soldada.

24. Los franceses con las baterías dispuestas es-

motis, urgebant numero millia circiter quinque, praeter Germanos, quos demonstrauimus, et milites ex Fonterabiae praesidio, qui duo signa sequebantur. Beltranus igitur suos hortatus, ut sociis laborantibus subuenirent, et Gallorum multitudinem, quorum magnos exercitus saepe Hispani parua manu fudissent, contemnerent, prima uigilia profectus, per montem interiectum copias circumducit, ut collem, qui Saxum Aldabae dicitur, arci impendentem, pulsa Gallorum collectitia manu, quae ibi consederat, occuparet. Extrema quarta uigilia, cum hostibus appropinquaret, proxime collectam manum cum ueteranis praefectis in hostes, qui collem tenebant, praemittit, cuius illi impetu, et subsequentis agminis timore in fugam coniiciuntur. Dux hostium, qui cum caetera manu, Germanisque, inferius ad tormenta constiterat, animaduersa suorum fuga parumper moratus, si forte ea parte hostis ingrueret, Germanos, copiarum scilicet robur, montem subire, nostrisque obuiam proficisci iubet. His magno impetu subeuntibus, Beltranus suos, qui fugientes insectaban-

3 Fonterabiae TA: Fonterrabiae R . 6 parua manu A: paruamanu TR
15 caetera TR: cetera A

trechaban el ataque de la ciudadela en número de cinco mil aproximadamente, sin contar los germanos que mencionamos y dos compañías de soldados destacados de la guarnición de Fuentarrabía. Así pues, Beltrán después de una alocución a los suyos exhortándoles a acudir en auxilio de los compañeros que se hallaban en apuros, y a despreciar la magnitud del contingente galo, pues a ejércitos enormes de franceses había derrotado en bastantes ocasiones un puñado de españoles, sale al anochecer y rodea con sus tropas el monte que había enmedio con intención de apoderarse del cerro llamado La Peña de Aldaba, que dominaba la ciudadela, desalojando a la tropa francesa de nueva leva que allí se había apostado. Poco antes de amanecer, ya cerca del enemigo hace adelantarse contra los enemigos, que ocupaban el cerro, a la tropa últimamente reclutada al mando de oficiales veteranos, ante cuya embestida y por recelo a la tropa que venía detrás aquellos se dieron a la fuga. El comandante de los enemigos que se había apostado un poco más abajo junto a las baterías con el resto de su gente y los germanos, al advertir la huída de los suyos se quedó quieto por un instante por si el enemigo les acometía por aquel lado y dio orden a los germanos, esto es, al grueso de sus tropas, de subir el monte y salir al encuentro de los nuestros. Beltrán ante la impetuosa subida de éstos, hace volver a los suyos de la persecución

tur, reuocat; acieque instructa, et fronte ex industria ad speciem paulo latius explicata, caeteros superne hostes inuadere iubet, ipse cum equitatu eodem tempore a latere Germanos circa montis cacumen adoritur; caeterum Germani, labore subeundi fatigati, et maiorum copiarum ingruentium falso timore conterriti (collis enim nostrorum postremos occultabat) animo deficere coeperunt; itaque primis, qui promptius depugnabant, concisis et postremis fugere incipientibus, caeteri facile funduntur, omnesque nostris insectantibus usque ad Beouiam flumen, quod Hispaniam a Gallia disterminat, effusa fuga deferuntur, eoque flumine alioquin uadoso, tunc aestu uicini maris, quo ad Fonterabiam influit, intumescente, multi eorum, qui se illi commisere, perierunt. Hoc praelio ex nostris unus dumtaxat occidit, isque ore, quo deo saepe maledixerat (nam et hoc notatum fuit) scloppeti telo accepto uulnere. Ex hostibus multi caesi, multi etiam capti, et in his plus sexcenti Germani, ex quibus centum nonaginta, qui grauiter erant uulnerati, in cymbas impositos ad praefectum Fon-

---

2 caeteros TR: ceteros A . hostes inuadere em. R: in hostes inferri T: hostes invadere A . 4 a latere A: alatere TR . caeterum TR: verum A . 8 promptius TR: promtius A . 9 caeteri TR: ceteri A . 13 Fonterabiam TA: Fonterrabiam R . intumescente A: in tumescente TR . 15 dumtaxat TA: duntaxat R . 17 scloppeti em. R: sclopeti T: scloppeti A . 20 Fonterabiae TA: Fonterrabiae R

de los fugitivos y en formación de combate con el frente desplegado a propósito para aparentar una dimensión un poco mayor, da orden a los demás de acometer por arriba al enemigo; él al mismo tiempo con la caballería embiste por el flanco a los germanos cerca de la cima del monte; pero los germanos fatigados por la escalada y aterrados por la creencia de que atacaba un número mayor de tropas, pues el cerro ocultaba a los últimos de los nuestros, empezaron a desfallecer; y así, después que cayeron los de la vanguardia que luchaban a brazo partido y los de la retaguardia dieron muestras de huir, fue fácil desbaratar a los demás y ponerlos a todos en fuga declarada yendo los nuestros en su persecución hasta el río Behovia, que separa España de Francia, y en este río por lo demás vadeable, que había crecido entonces con la subida del mar vecino, en que desemboca junto a Fuenterrabía, pereció un elevado número de ellos, que se habían confiado a él. En esta batalla sólo murió uno de los nuestros y éste de un balazo que recibió en la boca, con que solía maldecir a Dios (también en esta circunstancia se reparó). En las filas enemigas hubo muchos muertos y también muchos prisioneros, entre ellos más de seiscientos germanos, de los cuales a ciento noventa que estaban gravemente heridos Beltrán los envió en barcas al gobernador de Fuenterrabía para que los

terabiae curandi gratia Beltranus misit; caeteri armis exuti, et ad praesides, qui adhuc Victoriae morabantur, reiecti sunt; ab his autem, ne si in Galliam reuerterentur, in nostros arma resumerent, per Hispaniam uictus quaerendi gratia penetrare iussi, sed ita, ut dispersi singuli, aut bini, certe non amplius deni, procederent.

25. Hac parta uictoria, Beltranus praefectis uirtutis gratia pro ipsius mediocritate donatis, finitimam Galliam incursionibus infestare, uias obsidere, commeatu Fonterabiam prohibere, praesertim post aduentum trium millium Germanorum, quos ei Carolus Caesar, qui iam in Hispaniam ex Belgio redierat, cum Rocandulfo praefecto in supplementum miserat; nauiculas enim complures, zabras patrio uocabulo dictas, quibus Galli repentinis incursionibus omnem illam maritimam oram infestabant, partim abductas, partim depressas sustulit, et Fonterabiam terrestri itinere praetergressus, Sanctum Ioannem Lusium maritimum castellum inuasit atque di-

1 caeteri TR: ceteri A . 5 sed ita A: sedita TR . 10 incursionibus A: in cursionibus TR . infestare A: infectare TR . 11 Fonterabiam TA: Fonterrabiam R . 18 Fonterabiam TA: Fonterrabiam R

curaran; a los demás se les despojó de las armas y se les remitió a los gobernadores que aún estaban en Vitoria; y éstos para evitar que volvieran a empuñar las armas contra los nuestros si se les dejaba volver a Francia, les dieron orden de penetrar en el interior de España para buscarse la vida, pero con el particular de que cada cual fuera por un sitio, o de dos en dos, o a lo sumo en grupos de a diez.

25. Después de conseguida esta victoria y de haber premiado por su valor a los oficiales, en la medida de sus reducidos recursos, Beltrán infestaba con sus correrías los confines de Francia, bloqueaba los caminos e interceptaba el aprovisionamiento a Fuenterrabía, especialmente después de la llegada de tres mil germanos, que el César Carlos ya de vuelta de los Países Bajos a España le había enviado como refuerzo a las órdenes de Rocandulfo; los dejó, en efecto, sin bastantes embarcaciones pequeñas, denominadas "zabras" en voz vernácula, con las que los franceses infestaban toda aquella costa con ataques sorpresa, unas quitándoselas y otras hundiéndolas; y dejando atrás Fuenterrabía por tierra penetró en S. Juan de Luz, un fuerte situado en la costa y lo

ripuit. Quibus rebus sublatus Baionam quoque, custodibus per occulta colloquia, magnaque pollicita solicitatis, mari terraque oppugnare cogitabat, animos addente classe, quam Petrus Cueua Beltrani patruus, a Carolo missus, compulerat. Erant duae magnae catenae transuersae in fluuio Baionam alluente, quae aditum nauium impediebant; ad has infringendas dentata ferramenta, aeneaeque bombardae, quibus illa erant ex nauiculis contorquenda, ingeniose comparantur, et rebus omnibus expeditis, idonea rei gerendae tempestas expectatur; quae ubi adesse uisa est, Petrus Cueua, milite nautico et machinamentis impositis, naues soluit, eodemque tempore Beltranus cum terrestribus copiis proficiscitur; sed dum in flumen, directo cursu, classis secundo flatu ferretur, malacia primum consecuta, dein contrario uento flare incipiente, nostrorum conatus ad irritum reciderunt. Lautrecus enim, Mariscalisque Nauarrae, qui tunc forte ad Baionam aderant, inopinato periculo perculsi, omnem circa regionem ad arma uocauerant; itaque quatriduo armatorum hominum millia

---

10 expectatur TR: exspectatur A . 14 dum em. T: cum R: dum A
15 dein contrario em. R: de incontrario T: dein contrario A .
18 inopinato A: in opinato TR

saqueó. Animado con estos sucesos estaba pensando en atacar también Bayona por tierra y por mar, sobornando a los guardianes mediante entrevistas secretas y grandes promesas, y lo alentaba a ello la flota que había juntado su tío Pedro de la Cueva enviado por Carlos. Había dos grandes cadenas atravesadas en el río que pasa por Bayona, que obstaculizaban el paso de las naves; para romperlas se prepararon unos ingeniosos dispositivos de hierro con dientes y unas bombardas de bronce con que aquellos habían de ser disparados desde las embarcaciones, y una vez ya todo listo se aguarda el momento oportuno para llevar a cabo la empresa; y cuando se le creyó llegado, Pedro de la Cueva se hace a la vela con soldados de marina y las maquinarias a bordo, poniéndose en marcha al mismo tiempo Beltrán con las tropas de tierra; pero estando navegando la flota en derechura al río empujada por un viento favorable, tras una primera bonanza sobrevino un viento desfavorable, con lo que los intentos de los nuestros se vieron frustrados. Efectivamente, el de Lautrec y el Mariscal de Navarra, que daba la coincidencia se encontraban en ese momento en Bayona, desconcertados ante el inesperado peligro habían llamado a las armas a toda la comarca, y así a los cuatro días habían ya acudido a socorrer a Bayona unos

circiter quinque, et praeterea cataphracti equites ducenti Baionam subsidii gratia confluxerunt. Quo animaduerso, Beltranus, qui totidem diebus rei gerendae occasionem in castris expectauerat, classe discedere iussa, suas ipse copias in Sanctum Sebastianum reduxit, quod oppidum nouis operibus munire non desistebat.

26. Diebus aliquot interiectis, Beltranus, Fonterabiam obsidere, et commeatibus terra marique prohibere coepit. Galli, ut suorum inopiae quoquomodo mederentur et uirorum periculo consulerent, mulierculas, quae cibaria deportarent, summittebant; hae namque deprehensae a fortium uirorum uiolentis manibus tutiores fore uidebantur; sed huic malitiae facile obuiam itum est, abscissis uiginti circiter deprehensarum muliercularum auriculis, pro quibus singulis Beltranus praemium militibus binos regales numos proposuerat. Viis igitur omnibus per terram obsessis, placuit regi Gallo, ut commeatus, qui ut anguste prouisus fuerat, perparce obsessis suppetebat, maritimo subsidio impor-

---

4 expectauerat TR: exspectaverat A . 7 Fonterabiam TA: Fonterrabiam R . 11 summittebant TR: submittebant A . 16 numos TR: nummos A . 19 perparce TA: per parce R

cinco mil hombres armados y además doscientos coraceros. A la vista de lo cual Beltrán, que había aguardado otros tantos días en su campo la ocasión de llevar a cabo la empresa, después de dar orden a la flota de retirarse, él replegó sus tropas a San Sebastián, plaza que no dejaba de fortificar continuamente.

26. Algunos días después Beltrán empezó a bloquear y cortar por tierra y por mar el abastecimiento a Fuenterrabía. Los franceses para remediar de alguna manera la penuria de su gente y evitar el riesgo que hubieran corrido los hombres, enviaban a unas mujerzuelas a introducirles alimentos; pues les parecía que en caso de ser sorprendidas estarían más a cubierto del enojo de hombres aguerridos. Pero fácilmente se salió al paso de semejante astucia, cortándole las orejas a unas veinte mujeres que habían sido apresadas, por cada una de las cuales Beltrán había orrecido a sus soldados dos reales de premio. Bloqueados, pues, por tierra todos los caminos, el Rey francés decidió que se les socorriera introduciéndoles por mar los víveres, que por haberse hecho corta provisión les escaseaban

taretur. Beltranus ubi de comparata classe cognouit, ipse quoque suam ad obsistendum paratam esse iubet; cuius rei gratia tormenta cum scloppetariis tripartito sic collocauit, ut una pars ex idoneo loco iaculando obsessos frequentibus telis infestaret; duae diuersae ma- 5
ri portuique incumberent, ad hostiles naues portu, si compellerentur, arcendas, aut etiam deprimendas. Ubi dies rei gerendae destinatus illuxit, Gallica classis ante portum conspecta; huic nostrae naues, quibus praeerat Alfonsus Mercadus, quanquam erant numero longe in- 10
feriores, ad fauces portus aduersae constiterunt, caeteraque a nostris interim, ut constitutum erat, expediuntur.

27. Caeterum Gallicae naues nihil his rebus deterritae, cum se aestus ex alto incitauisset, uelis explicatis, non alieno uento in portum impelluntur; has no- 15
strae uenientes excipiunt, iniectisque arpagonibus constrictas tanto impetu singulae singulas oppugnare coeperunt, ut breui eas omnes in potestatem redigerent, nam caeterae naues hostiles, quibus se nulla nostrarum

3 scloppetariis em. R: sclopetariis T : scloppetariis A . 10 quanquam fort. T: quanquam fort. R: quamquam A . 11 aduersae TA: ad uersae R . caeteraque TR: ceteraque A . 13 Caeterum TR: Ceterum A . 15 impelluntur em. R: inuehuntur T: impelluntur A . 16 arpagonibus TR: harpagonibus A . 19 caeterae TR: reliquae A

bastante a los sitiados. Cuando Beltrán supo que se estaba aprestando una flota, ordena también a la suya estar preparada para combatir, con cuyo objetivo repartió los cañones junto con los arcabuceros en tres puntos disponiéndolos de manera que una parte atosigara disparando sin interrupción a los sitiados desde un sitio oportuno, y las otras dos se ocuparan una del mar y otra del puerto con el fin de mantener a distancia del puerto las naves enemigas si se acercaban, o incluso echarlas a pique. Cuando clareó el día fijado para la acción, la flota francesa fue divisada delante del puerto; nuestras naves al mando de Alfonso Mercado, aunque bastante inferiores a ella en número, se situaron haciéndole frente a la entrada del puerto, mientras los nuestros disponían todo lo demás, tal y como se había planeado.

27. Por otra parte las naves francesas sin arredrarse en absoluto por esta situación, ante la avalancha del oleaje desde alta mar con las velas desplegadas son empujadas a puerto sin que hubiera viento en contra; las nuestras viéndolas venir las abordan y, una vez sujetas con los arpones que les habían arrojado comenzaron un combate singular de tal violencia, que en breve las tuvieron a todas en su poder, pues las demás naves enemigas a las que no se había enfrentado en

singulatim obiecerat, non id curae fuit, ut sociis nauibus laborantibus subuenirent, sed ut in portum interiorem prope urbis moenia cum commeatibus, ut fuerat imperatum, penetrarent; quae tamen praetereuntes non parum incommodi a nostris tormentis, et iaculatoribus acceperunt; eoque certamine, et nostrarum nauium congressu retardatae nondum muris successerant, cum aestu minuente uadis subsederunt. Hoc animaduertens Beltranus delectos, praemioque adductos ex nauticis hominibus quosdam prima uigilia cymbis duabus mittit, a quibus iniecto igne, naues omnes, quae duodecim, aut tredecim numero erant, conflagrarunt, simulque mortales omnes perierunt, iis exceptis, qui ad terram, qua proximum cuique fuit, enatarunt.

28. Hoc nuntio Franciscus rex Galliae uehementer commotus, maiore classe reparata, exercituque peditum decem et octo millium, cataphractorumque equitum septingentorum confecto, mari terraque subsidium obsessis Fonterrabiam mittit; quod opportunissi-

---

5 incommodi A: in commodi TR . a nostris A: anostris TR .
9 adductos TA: ad ductos R . 11 a quibus RA: aquibus T .
13 exceptis RA: exeptis T . 19 Fonterrabiam TR: Fonterabiam A